


L^o
11





PRAECEPTIS tuis parui beatissime pater Augustine: atq; utinā tā efficaciter q̄ libenter: q̄q̄ ego in utrāuis partē parū de explicito mouear: rectene: an secus egerim. Tu enim iam isto iudicio laborasti: utrūne hoc qđ prāciperes possem. Ego aut̄ solius obedientiā: si tamē eā uolūtate conatuq; decorauī: testi- monio cōtentus sum. Nam & in magna magni patrifamilias domo cū sint multa diuersi generis aīalia adiumēto familiaris rei cōmoda: nō est tamē canū cura postrema: q̄bus solis natura insitū est: uoluntarie ad id quo prā- parant̄ urgeri: & per ingenitā quandā obedientiā formulā sola disciplinati tre- moris expectatione suspendi: donec ad pagendi licentiā nutu signoue mittantur. Habēt enim pprios appetitus q̄tū brutis excellentiores: tantū rōnabilibus ppin- quantes: hoc est discernere: amare: seruire. Nam discernētes inter dños atq; extra- neos nō eos quos insectant̄: oderūt: sed pro his quos amāt zelant: & amātes dñm ac domū non quasi ex natura apti corporis uigilantes: sed ex conscientia solliciti amoris inuigilant. Vnde etiā mystico sacramēto in euangeliis: quod edant micas catelli sub mensa dñorū: & Chananea mulier nō erubuit dicere: & dñs nō fastidi- uit audire. Beatus etiā Tobias ducē angelū sequēs canem comitē hīe nō spreuit. Igit̄ generali amori tuo speciali amore cōnexus uoluntati tuæ uolens parui. Nā cū subiectio mea prācepto paternitatis tuæ factū debeat: totūq; tuū sit: quod ex te ad te redit: opus meū hoc solo cumulati⁹ reddidi: q; libēs fāci. Prācepas mihi uti aduersus uaniloquā prauitatē eorū: qui alieni a ciuitate dei ex locorū agrestiuū cōpitis & pagis pagani uocant̄ siue gentiles: q̄a terrena sapiunt: qui cū futura nō quærāt: prāterita aut obliuiscant̄: aut nesciāt: prāsentia tamē tēpora ueluti ma- lis extra solitū infestatissima: ob hoc solū: quod credit̄ Christus: & colitur deus: idola aut minus colunt̄: infamāt. Prācepas ergo ut ex oībus quæ haberi ad prā- sens possunt historiāz atq; ānaliū fastis: quæcūq; aut bellis grauiā: aut corrupta morbis: aut fame tristia: aut terrāz motibus terribilia: aut inūdationibus aquāz insolita: aut eruptionibus igniū metuēda: aut ictibus fulminū plagisq; grandinū sēua: uel ēt parricidiis flagitiisq; misera p̄ trāfacta retro sēcula repperissem: or- dinato breuiter uoluminis textu explicarē: maxime cū reuerentiā tuā pficiendo aduersum hos ipsos paganos. xi. libro insistentē quorū iam. x. oriētes radii mox: ut de specula ecclesiasticæ claritatis elati sunt: toto orbe fulserunt leui opusculo occupari nō oportet: & sanctus filius tuus Iulianus Carthaginēsis seruus dei satis fieri super hac re petitioni suæ eadē fiducia: qua poposcit: exigeret: dedi operā. & me ipsum in primis cōfusione pressī: cui plærūq; reputanti supra modū exastua- uisse prāsentiuū clades tēporū uidebant̄. Nactus sum enī prāteritos dies non solū æque. ut hos graues: uerū etiā tāto atrocius miseros: quāto lōgius a remedio ueræ religionis alienos: ut merito hac scrutatione claruerit regnasse mortē auidā san- guinis dum ignorat̄ religio: quæ phiberet a sanguine. Ista illucescente illā cōstu- puisse: illā cōcludi: cū ista iam prāualet: illā penitus nullā futurā cū hæc sola re- gnauit: excēptis uidelicet semoti⁹q; illis diebus nouissimis sub fine sēculi & sub apparitione Antichristi: uel etiā sub conclusionē iudicii: q̄bus futuras angustias:

quales ante nō fuerant dñs Christus p̄ scripturas sacras sua etiā cōtestatione præ-
dixit. cū secundū ipsum qdē: qui & nūc & semp̄ est modū uerę apertiore ac gra-
uiore discrimine per intolerabiles tribulationes tēporę illoꝝ sanctos p̄batio: im-
pios perditio sequet̄. Et qm̄ omnes p̄p̄modū tam apud Græcos q̄ apud Latinos
studiosi ad scribendū uiri qui res gestas rerę populorūq; ob diuturnam memoriā
uerbis p̄pagauerunt initiū scribendi a Nino Beli filio rege Assyriorę fecerūt: qui
cū opinione cæca mūdi originē creaturāq; hoīum sine initio credi uelint: cæpisse
tñ ab hoc regna bellaq; definiūt: q̄si uere eatenus humanū genus ritu pecudū ui-
xerit, & tūc primū: ueluti ad nouā p̄uidētiā cōcussū suscitaturūq; uigilauerit.

De miseria hominū per peccatū ab initio.

Go initiū miserię hoīum ab initio peccantis hoīs ducere institui: paucis
e dūtaxat: iisdēq; breuiter deliberatis. Sunt aut̄ ab Adā priō hoīe usq; ad
Ninū magnū ut dicūt regē qñ natus est Abraā anni tria milia. xxxiiii.
qui ab oib; historiographis uel omissi uel ignorati sūt. A Nino aut̄ uel Abraā
usq; ad Cæsarē augustū: idest usq; ad natiuitatē Christi q̄ fuit anno imp̄ii Cæsaris
xl̄ii. cū facta pace cū Parthis Iani portę clausę sunt: & bella toto orbe cessarūt:
colligunt̄ anni duo milia. xv. in q̄bus inter se auctores scriptoresq; oīum ocia ne-
gociaq; triuerūt. Quapp̄ res ipsa exigat ex his libris q̄ breuissime uel pauca atin-
gere: q̄ originē mūdi loquētes præteritorę fidē añūciatiōe futuroꝝ: & post subseq̄
p̄batiōe fecerūt: nō quo auctoritatē eorę cuiq; uideamur ingerere: sed q̄ op̄æ præ-
ciū sit de op̄ione uulgata: quę nobis cū oib; cōis est cōmonere. Primū q̄a si diui-
na p̄uidētia: quę sicut bona ita pia & iusta ē: agit̄ hō & mūdus: hoīem aut̄ q̄ cō-
uertibilitate naturę & libertate licētię ifirmus & cōtumax ē: sicut pie gubernare
egenū opis oportet: ita iuste corrip̄i imoderate libertatis necesse est: iure ab initio
hoīs p̄ bona malaq; alternātia exerceri hūc mūdū sentit q̄sq; p̄ se atq; i se huma-
num genus uidet. Deinde cū ab ipso priō hoīe peccatū punitioq; peccati cœpisse
doceamur: porro aut̄ cū etiā isti de medijs t̄p̄ib; inchoātes: quis sup̄iorę nusq; me-
minerint: nihil nisi bella cladesq; descripserint: quę bella qd̄ aliud dicēda sūt: nisi
urgētia i alterutrū mala. mala aut̄ hmōi quę tūc erāt sicut & nūc sūt inq̄tū sunt
sine dubio aut manifesta peccata sūt: aut occulte punitiōes peccatorę qd̄ impedi-
mēt̄i est nō ei; rei caput p̄d̄ere: cui; illi corpus expresserint: & priora illa secula
quę multo nūerosiora mōstrabim; uel tenuissimo testari relatu similes miseras
ptulisse. Dictur; igit̄ ab orbe cōdito usq; ad urbē cōditā: dehinc usq; ad Cæsaris
principatū natiuitatēq; Christi: ex quo sub pt̄ate urbis orbis māsit impiū: uel etiā
usq; ad dies n̄ros inq̄tū ad cognitionē uacare suffecero: cōflictationes generis hu-
mani & ueluti p̄ diuersas p̄tes ardētē malis mūdū face cupiditatis incensū e spe-
cula ostentaturus: necessariū reor: ut primū ipsum terrarę orbē: quē inhabitabat
humanū genus: sicut est a maiorib; trifarię distributus: deinde regionib; puin-
ciisq; determinatus expediā: quo facili; cū locales belloꝝ morboꝝq; clades ostē-
tabunt̄: studiosi quiq; nō solū rerę ac tēporę: sed etiā locoꝝ scientiā cōsequantur.

Maiores n̄ros in tres partes mundū totū diuisisse.

m Aiores nostri orbē totius terrę oceani limbo circūseptū triquadrū sta-
tuere: eiusq; tres partes Asiam: Europā: & Aphricā uocauerūt: quis aliq̄
duas: hoc est Asiā: ac deinde Aphricā in Europa accipiēdā putauerint.

Alia tribus partibus oceano circūcincta p totā trāsuersi plagā orientis extendit. Hæc occasū uersus a dextra sui sub axe septētrionis incipiētē cōtingit Europā. a sinistra Aphricā dimittit. sub Aegypto uero & Syria mare nrm: qđ magnū gna / liter dicimus: habet. Europa incipit septētrionalis a flumine Tanai: qua Riphæi mōtes Sarmatico auersi oceano Tanaim fūdūt fluuiū: q̄ præteriēs aras ac termi nos. Alexātri magni in Roxolanorū finib⁹ sitos Mæotidas auget paludes: quaz̄ immensa exūdatio iuxta Theodosiā urbē Euxinū pōtū late ingredit̄. Inde iuxta Cōstātinopolim lōgæ mittunt̄ angustia: donec eas mare hoc: qđ dicimus nostrū accipiat. Europæ i Hyspania occidētalī oceanus terminus est: maxime ubi apud Gades insulas Herculis colūnæ uisunt̄. & Tyrreni maris faucibus oceani æstus imittit̄. Aphricæ p̄cipiū est a finib⁹ Aegypti urbisq; Alexādriæ ubi Parethoniū ciuitas sita est sup hoc mare magnū: qđ oēs plagas terrasq; medias interluit. inde per loca quæ accolæ catabathmon uocāt: haud p̄cul a castris Alexādri magni: & sup lacū Caleartiū: deinde iuxta supiorū fines Anasitarū missa in trāsuersum Aethiopia desertā meridianū cōtingit oceanū. Termini Aphricæ ad occidentē iidē sunt: q̄ & Europæ: id est fauces Gaditani freti. ultimus aut̄ finis eius est mōs Athlas: & insulæ quas fortunatas uocant. Et quæ breuiter generales tripartiti orbis diuisiones dedi: ipsaz̄ quoq; p̄tū regiones: sicut pollicitus sum: significare curabo.

Asia ad mediā frontē orientis hēt in oceano Eoo ostia fluminis Gangis. a sinistra p̄montoriū Calligicū cui submanet ad Eurū insula Taprobane: ex qua ocean⁹ Indicus uocari incipit a dextra habēs Emodos montes: ubi Caucasus deficit. promōtorīū Samarā: cui ad aquilonē ostia fluminis subiacēt Octorogorræ: ex quo oceanus sericus appellat̄. In his finibus India est. quæ habet ab occidēte flumē Indū: qđ rubro mari accipit̄: a septentrione montē Caucasum: reliqua ut dixi: Eoo & Indico oceano terminatur. Hæc habet gentes quadragintaquattuor absq; insula Taprobane: quæ habet decē ciuitates. & absq; reliquis insulis habitabilibus plurimis. A flumine Indo: qđ est ab oriente usq; ad flumen tygrim: qđ est ad occasum: regiones sunt istæ Aracosia: Parthia: Assyria: Persida: & Media sitn terraz̄ montoso & aspo. Hæ a septētrione habēt montē Caucasum. a meridie mare rubrū & sinū Persicū. in medio aut̄ sui flumina præcipua Hydaspe & Arabim. in his sunt gētes. trigintaduæ. Sed generaliter Parthia dicit̄: quis scripturæ sanctæ uniuersam sæpe Mediā uocēt. A flumine Tigri usq; ad flumen Euphratē Mesopotamia est: incipiēs a septētrione inter montē Taurū & Caucasum: cui ad meridiē succedit Babylonia. deinde Caldea: nouissime Arabia. ea demū inter sinum Persicū & sinū Arabicū angusto terræ tractu orientē uersus extēdit̄. In his sunt gētes. xxviii. a flumine Euphrate: qđ est ab oriēte usq; ad mare nostrū: qđ est ab occasu: deinde a septētrione. i. a ciuitate Dascuta: quæ in cōfinio Cappadociæ & Armeniæ sita est. haud p̄cul a loco ubi Euphrates nascitur usq; ad Aegyptū & ad extremū sinū Arabiæ: q̄ est ad meridiē lōgo angustoq; sulco saxi insulisq; creber rimo. a rubro mari. i. ab oceano occasū uersus extendit̄: Syria generaliter noiāt: hñs maximas puicias Comagenē: Phænicia & Palæstinā absq; Saracenis & Nabathæis quoz̄ gētes. xii. sunt. In capite Syriæ Cappadocia est: quæ hēt ab oriēte Armeniā ab occasu Asiā. ab aqlone Themiscirios cāpos & mare Cimericū. a meridie Taurū montē: cui subiacet Cilicia & Isauria usq; ad Isicū sinū: q̄ spectat cō-

ASIA

India

Aracosia

Parthia

Assyria

Persida

Media

Mesopo.

Babyl.

Caldea

Arabia

Syria

Cappad.

Armenia

Cilicia

Isauria

Asia mi- tra insulā Cyprū. Asia regio uel: ut pprie dicā: Asia minor absq; oriētali pte: q̄ ad
 nor Cappadociā Syriāq; p̄gredit: undiq; circūdata ē mari. a septētrioe p̄to euxino.
 Aegypt⁹ ab occasu pp̄otide. atq; Hellep̄oto: a meridie mari n̄o ubi ē m̄s olympus. Aegy-
 ptus īferior ab oriēte hēt Syriā Palæstinā: ab occasu Libyā. a septētrioe mare no-
 strū. a meridie montē: q̄ appellat̄ Climax. & Aegyptū sup̄iorē. Fluiūq; Nilū. q̄
 de littore incipiētis maris rubri uidet̄ emergere in loco q̄ dicit̄ Mosylon: deinde
 diu ad occasū p̄fluēs faciēs insulā noīe Meroen in medio sui: nouissime ad septē-
 trionē inflexus: tēpestiuifq; auctus incremētis plana Aegypti rigat. Hūc aliq; au-
 ctōres ferūt haud p̄cul ab Atlāte h̄re fontē: & cōtinuo harenis mergi: inde interie-
 cto breui spacio uastissimo lacu exundare: atq; hinc oceanotenus oriētē uersus p̄
 Aethiopica deserta plabi: rursusq; inflexū ad sinistrā ad Aegyptū descēdere. Q̄d
 qdē uerū est esse hm̄i fluiū magnū: q̄ tali ortu taliq; cursu sit: & re uera tot tan-
 taq; mōstra gignat: quē utiq; p̄pe fontē Barbari Dara nomināt. Cæteri uero ac-
 colæ Nahul uocāt. Sed hic in regiōe gētiū: quæ Libyæ Aegyptiæ uocant̄: haud
 p̄cul ab illo fluiuo: quē a littore maris rubri p̄rūpe dixim⁹: īmenso lacu accēpt⁹
 assumit: nisi forte occulto meatu ī alueū eius: q̄ ab oriēte descēdit eructet. Aegy-
 ptus sup̄ior in oriētē p̄ lōgū extēdit: cui est a septētrione sinus Arabicus. a meri-
 die oceanus. Nā ab occasu ex inferiori Aegypto incipit: ad oriētē rubro mari ter-
 minat̄ ubi sūt gētes. xxiiii. Et qm̄ meridianā ptē uniuersæ Asiæ descripsim⁹: sup̄
 Caucasus est ut ab oriēte ad septētrionē pars quæ restat expedit̄. Mons Caucasus īter col-
 chos: q̄ sūt sup̄ Cimericū mare: & īter Albanos q̄ sunt ad mare Caspiū primū at-
 tollitur: cuius qdē usq; in ultimū orientē unū uidet̄ iugū: sed multa sunt noīa. Et
 multi hoc ipsum iugū Tauri montis credi uolūt: quia re uera Parchoatras mons
 Armeniæ īter Taurū & Caucasum medius cōtinuare Taurū cū Caucaſo putat̄.
 Sed hoc ita non esse discernit fluius Euphrates q̄ de radice parchoatræ montis
 effusus tendēs in meridiē ipsum ad sinistrā Taurū excludit. Ad dexterā itaq; ipse
 Caucasus inter colchos & Albanos ubi & portas h̄re mons Caucasus dicit̄ a por-
 tis Caspiis usq; ad Armenias pylas: uel usq; ad fontē Tigris fluminis inter Arme-
 niam & Iberiā mōtes Acroceraunii dicunt̄ a fonte Tigris usq; ad Carras ciuitatē
 īter Massagetis & Parthos m̄s Ariobarzones. A Carris ciuitate usq; ad oppidū
 Cathippi īter Hyrcanos & Bactrianos mons Memarmali: ubi amomū nascit̄: a
 quo p̄ximū iugū mons Parthau dicit̄. Ab oppido Cathippi usq; ad uicū Saphrū
 īter Dahassaraucas & Parthyenas m̄s Oscobares: ubi Gāges fluius orit̄. & La-
 ser nascit̄. A fōte fluminis Gāgis usq; ad fōtes flumis Octorogorræ: q̄ sūt a septē-
 trione: ubi sunt mōtani Paropanifadæ & m̄s Taur⁹. A fōtib⁹ Octorogorræ usq;
 ad ciuitatē Octorogorrā īter Hunnos & Scythas & Gāgaridas mons Caucasus.
 Ultim⁹ at̄ īter Eofas & Paliadras m̄s Imauus: ubi flumē Chrisoroas & p̄mōto-
 riū Samara oriētali excipit̄ oceano. Igit̄ a monte Imauo: hoc est ab imo Cauca-
 ſo & dextra oriētis pte q̄ ocean⁹ Sericus tēdit̄ usq; ad p̄mōtoriū Boreū & flumē
 Boreū & inde tenus Scythico mari: qd̄ est a septētrione usq; ad mare Caspiū qd̄
 est ab occasu: & usq; ad extentū Caucaſi iugū: quod est a meridie Hyrcanorū &
 Scytharū gētes sunt q̄dragintaduæ: p̄pter terrarū infœcundā diffusionē late ober-
 rantes. Mare Caspiū sub aqlonis plaga ab oceano orit̄ cuius utraq; circa oceanū
 littora loca deserta incultaq; habent̄. inde meridiē uersus p̄ lōgas angustias ten-

Hyrcā:
Scythia

LIBER PRIMVS

ditur: donec p magna spatia dilatatu Caucaſi montis radicibus terminet. Itaq; a mari Caſpio qd' eſt ad oriente p ora oceani ſeptentrionalis uſq; ad Tanaim fluuiũ & Mœoticas paludes: quæ ſunt ad occaſum p littus Cimmerici maris: qd' eſt ab Aphrico uſq; ad caput & portas Caucaſi: quæ ſunt ad meridiẽ gẽtes ſunt trigintaquattuor. Sed generaliter regio p̄xima Albania ulterioꝝ ſub mari & mōte Caſpio Amazonũ nuncupat. Expliciti aut ſunt q̄breuiſſime fines Aſiæ. Nunc autẽ Europam inquantũ cognitioni hominis cõceditur: ſtilo peruagabor.

A mōtibus Rhiphæis ac flumine Tanai Mæotiũq; paludib⁹: quæ ſunt ad oriẽtẽ EVRO,
per littus ſeptentrionalis oceani uſq; ad Galliã Belgicã & flumẽ Rhenũ: qd' eſt ab PA
occaſu: deinde uſq; ad Danubiũ: quẽ & Iſtrũ uocãt: q eſt a meridie ad oriente di-
rectus ponto accipit. ab oriente Alania eſt: in medio Dacia: ubi & Gotia. deinde Alania
Germania eſt: ubi plurimã partẽ Sueui tenent: quorũ oĩum gẽtes ſunt quinquaginta Dacia
quattuor. Nũc q̄cqd Danubius a barbarico ad mare nĩm ſecludit expediã. Mœſia Gotia
ab oriẽte habet oſtia fluminis Danubii. ab euro Thraciã. a meridie Macedoniã. Germãia
ab Aphrico Dalmatiã. ab occaſu Iſtriã. a Circio Pãnoniã. a ſeptẽtriõe: Danubiũ. Mœſia
Thracia habet ab oriẽte Propõtidis ſinũ & ciuitatẽ Cõſtãtinopolim quæ Bixãtiũ Thracia
prius dicta eſt. a ſeptentrione partẽ Dalmatiæ. & ſinũ Euxini ponti: ab occaſu &
Aphrico Macedoniã. a meridie Aegæũ mare. Macedõia habet ab oriẽte Aegæũ Maced.
mare. a borea Thraciã. ab euro Euboeã & Macedonicũ ſinũ: a meridie Achaiã. a
Fauonio montes Acroceraunios in anguſtiis Adriatici ſinus: q montes ſunt cõtra
Apuliam atq; Brundufiũ. ab occaſu Dalmatiã. a Circio Dardaniã. a ſeptẽtrione
Mœſiã. Achaia undiq; p̄p̄modũ cincta eſt mari. Nã ab oriente habet myrtoum Achaia
mare. ab euro arcticũ mare. a meridie Ioniũ mare. ab Aphrico & occaſu Cepha-
loniã & Caſſiopã inſulas. a ſeptẽtrione ſinũ Corinthiũ. ab aquilone anguſtũ ter-
ræ dorſum: quo Macedonia cõiungit: uel potius Atticæ: qui locus Iſthmos uo-
catur: ubi eſt Corinthus hñs in Atticã a borea nõ lõge Athenas ciuitatẽ. Dalma-
tia habet ab oriente Macedoniã. ab aquilone Dardaniã. a ſeptẽtrione Mœſiã. ab
occaſu Iſtriã & ſinũ Liburnicũ & inſulas Liburnicas. a meridie Adriaticũ ſinũ.
Pãnonia Noricus: & Rhetia habet ab oriẽte Mœſiã. a meridie Iſtriã. Ab Aphri-
co alpes Apẽninas. ab occaſu Galliã Belgicã. a Circio Danubii fontẽ & limitẽ: q Pãnonia
Germania a Gallia inter Danubiũ Galliamq; diſcernit. a ſeptẽtrione Danubiũ & Noricus
Germaniã. Italiae ſitus a Circio in Eurũ tendit: hñs ab Aphrico Tirrhenũ mare. Italia
a borea Adriaticũ ſinũ: cuius ea pars quæ cõtinenti terræ cõmunis & cõtigua eſt
alpiũ obicib⁹ obſtruit. Quæ a Gallico mari per liguſticũ ſinũ exurgẽtes primũ
Narbonẽſiũ fines. Deinde Galliã Rhetiãq; ſecludũt: donec in ſinu liburnico de-
figant. Gallia Belgica habet ab oriente flumẽ Rheni & Germaniã. ab euro alpes Gallia
Apẽninas. a meridie puinciã Narbonenſem. ab occaſu puinciã Lugdunenſem. a
Circio oceanũ Britãnicũ. a ſeptẽtrione Britãnicã inſulam. Gallia lugdunẽdis du-
cta per longũ: & per anguſtum inflexa Aquitanicã puinciã ſemicingit. Hæc ab
oriente habet Belgicã. a meridie partẽ puinciæ Narbonenſis: qua Arelatũ ciui-
tas ſita eſt: & mari Gallico Rhodani flumen accipit. Narbonenſis puincia pars
Galliæ habet ab oriente alpes Coctias: ab occidẽte Hispaniã: a Circio Aqtaniã
a ſeptẽtrione Galliã Lugdunẽſem. ab aquilone Belgicã Galliam. a meridie mare
Gallicũ qd' eſt inter Sardinia & inſulas Baleares habes in fronte qua Rhodanus

fluuius in mare exit: insulas Stechadas. Aquitanica puincia obliquo cursu ligeris
 fluminis qui ex plurima parte terminus eius est: in orbē agit: Hæc a Circio habet
 oceanū: q̄ Aquitanicus sinus dicit̄. ab occasu hispanias habet. a septētrione & oriē-
 te Lugdunēsem ab euro & meridie Narbonēsem puinciā: cōtingit. Hispania uni-
 uerso terrarū situ trigona est. & circūfusione oceani Tirrheniq; pelagi pene insula
 efficit̄. Huius angulus prior spectās ad oriētē. a dextris Aquitanica puincia. a sini-
 stris Balearico mari coartatus Narbonensiū finib; inserit̄. Secūdus angulus cir-
 ciū intendit: ubi Brigātia Galleciæ ciuitas sita altissimū Phag; & inter pauca me-
 morādī opis ad speculā Britāniæ exiit. Tertius ei; angulus est. quo Gades insulæ
 intentæ in Aphricū Atlantē montē interiecto sinu oceani p̄spiciunt. Hispaniā ci-
 teriorē ab oriēte incipiētē Pyrinei saltus a pte septētrionis usq; ad Cātabros Astu-
 resq; deducit. atq; inde per Vacceos & Oreatanos quos ab occasu habet: positā in
 nri maris littore Carthaginē determinat. Hispania ulterior habet ab oriēte Vac-
 ceos: Celtiberos: & Oretanos. a septētrione oceanū ab occasu oceanum. a meridie
 gaditanū oceani fretū. Inde mare nrm: qd̄ Tirrhenū uocat̄: imittit̄. Et qm̄ ocea-
 nus habet insulas quas Britāniā & Hiberniā uocat̄: quæ in aduersa Galliarū parte
 ad p̄spectū hispaniæ sitæ sunt: breuiter explicabunt̄. Britānia oceani insula p̄ lō-
 gū in boreā extēdit̄. a meridie Gallias habet: cuius pximū littus trāsmeātib; ci-
 uitas apit: quæ dicit̄ Rhutupi portus: unde haud p̄cul a Morynis in austro posi-
 tos Menapos Batasiosq; p̄spectat. Hæc insula habet in lōgū milia passuū octingē-
 ta. in latū milia ducēta. a tergo aut̄: unde oceano infinito patet: Orchadas insulas
 habet. quarū uiginti desertæ sūt. tredecim icolunt̄. Deinde insula Tyle quæ p̄ in-
 finitū a cæteris sepata circiū uersus medio sita oceano uix paucis nota h̄. Hyber-
 nia insula inter Britāniā & Hispaniā sita est: quæ lōgiore ab Aphrico ī boreā spa-
 cio porrigit̄. huius ptes priores intētæ Cātabrico oceano Brigātiā Galleciæ ciui-
 tatē ab Aphrico sibi in Circiū occurrēte spatioso iteruallo p̄cul spectāt: ab eo præ-
 cipue p̄ montorio ubi Senæ fluminis ostiū est: & Vellabri Luceniq; cōsistūt. hæc
 ppior Britāniæ spatio terrarū angustior: sed cæli solisq; tēpie magis utilis a Sco-
 torū gentibus colit̄. huic etiā Meuania insula pxima est: & ipsa spatio non paruo
 solo cōmoda æque a Scotorū gentibus habitat̄. hi sunt fines totius Europæ:
 Aphricā: ut dixi: cū tertiā orbis pte maiores nri accipiēdā descripserit̄: nō spatioꝝ
 mēsuras: sed diuisionū rōnes secuti sunt. Mare hoc siqdē magnū: qd̄ ab occasu ex
 oceano orit̄: in meridiē magis uergēs āgustiorē iter se & oceanū coartatæ Aphri-
 cæ limitē fecit: un̄ ēt aliq̄ quis eā lōgitudine parē: tñ multo angustiorē itelligētes:
 inuerecūdū arbitrati tertiā pte uocare: sed potius in Europa Aphricā deputātes:
 ad secūdā portionē appellare maluerūt. præterea cū multo āpli; terræ ī Africa
 ardore solis: q̄ in Europa rigore frigoris incultū atq; incognitū sit: quippe cū oīa
 pene animātia uel germinātia patientius & tolerabilius ad summū frigoris q̄ ad
 summū caloris accedāt: ea scilicet causa est: Aphricā p̄ oīa situ & populis minorē
 uideri: & q̄a natura sui minus habet spatii: & coeli inclementia plus deserti: cuius
 descriptio p̄ puicias & gētes hæc est. Libya cyreniaca & Pētapolis post Aegyptū
 in parte Aphricæ prima est. Hæc incipit a ciuitate Parethonio & mōtib; cata-
 batynon. inde secūdo mari usq; ad aras Philenorū extendit̄. Post se habet usq; ad
 oceanū meridianū gētes Libyorū Aethiopum & Garamantū. Huic est ab oriente

Hyspa.

Britānia

Tyle
Hyber.APRI/
CA

Libya

LIBER PRIMVS

Aegyptus. a septētrione mare Libycū. ab occasu Syrtes maiores & Troglodytæ: cōtra quos insula calypso est. a meridie Aethiopicus oceanus. Tripolitana puīcia. Tripolis quæ & subuētana: uel regio Arzugū dicitur: ubi Leptis magna ciuitas est: quæ Arzugus per lōgū Aphricæ limitē generaliter uocentur: habet ab oriēte aras Philenogiter Syrtes maiores & Troglodytas: a septētrione mare Siculū: uel potius Adriaticū: & Syrtes minores: ab occasu Byzantiū usque ad lacū salinæ. a meridie barbaros Getulos Nathabres & Garamātas usque ad oceanū Aethiopicū ptingentes Byzantiū Zeugis & Numidia. Zeugis autē prius nō unius cōuētus: sed totius puīcia generale nomen fuisse inuenimus. Byzantiū ergo: ubi Hadrumētus ciuitas. Zeugis ubi Carthago magna. Numidia ubi Hypos regius & Nisiccada ciuitates sunt. hñt ab oriēte Syrtes minores & lacū salinæ. a septētrione mare nostrū: quod spectat ad Siciliā & Sardinia insulas. ab occasu Mauritania sitiphensem: a meridie fōtes uzaræ & post eos Aethiopū gētes puagātes usque ad oceanū Aethiopicū Sitiphēses & Cæsariēses. Mauritania hēt ab oriēte Numidiā. a septētrione mare nrm. ab occasu flumē Maluā. a meridie mōtē Astrinxim q̄ diuidit iter uia uā terrā & harenas iacētes usque ad oceanū & oberrāt Gāgines Aethiopes. Tingitana Mauritania ultima est Aphricæ. Hæc habet ab oriēte flumē Maluā. a septētrione mare nrm usque ad fretū Gaditanū: qđ inter Hauēnē & Calpē duo cōtraria sibi pmōtoria coartat. ab occidēte Atlantē mōtē & oceanū Atlaticū sub Aphrico Hesperiū montē. a meridie gētes Aulolū: q̄s nūc Galaules uocāt usque ad oceanū Hesperiū cōtingētes. Hic est terminus uniuersæ Aphricæ. Nūc insulæ quæ in nro mari sūt loca noīa & spacia dimetiar. Insula Cypros ab oriēte mari Syrio qđ Missicū uocant ab occidēte mari Pāphilico a septētrione Vulone cilitiæ a meridie Syriæ & Phœnicis pelago cingit cuius spatiū in lōgū tenet milia passuū cētū septuagintaq̄q; in latū milia passuū centū uiginti q̄q;. Insula Creta finit ab oriēte Carphatio mari ab occasu & septētrione mari Cretico a meridie mari Libico qđ & Adriaticū uocāt. hēt in lōgū milia passuū cētū septuagintaduo. & in latū q̄q;ginta. Insulæ Cyclades quæ est ab oriēte priā Rhodos a septētrione Tenedos a meridie Carpatos ab occasu Cythera. ab oriēte finiunt littoribus Asiæ. ab occidēte mari Icario. a septētrione mari Aegæo. a meridie mari Carpatio. Sūt autē oēs Cyclades nūero q̄q;gintatres. Hæc tenent a septētrione in meridiē milia passuū q̄q;ginta ab oriēte in occasum milia. cc. Sicilia insula tria habet pmontoria. unū qđ dicitur Pelorus & aspicit ad aqlonē cui Messana ciuitas p̄xima est: scđm qđ dicitur Pachynus sub quo ciuitas Syracusana respicit ad Euronotū. Tertiū qđ appellatur Lilybeus: ubi & ciuitas eiusdē noīs sita est: dirigiturq; in occasum. Hæc hēt a Peloro in Pachynū milia passuū cētū q̄q;gintanouē a Pachyno in Lilybeū centū septuagintaseptē milia. Hæc ab oriente cingit mari Adriatico. a meridie mari Aphrico: qđ est cōtra subuentanos & Syrtes minores: ab occidēte & septētrione habet mare Tyrrenū: a borea usque ad subsolanū fretū Adriaticū qđ diuidit Tauronimitanos Siciliæ & Brutios Italiæ. Sardinia & Corsica insulæ paruo freto hoc est miliū uiginti passuū diuidunt: ex qb; Sardinia hēt a meridie cōtra Numidiā caralitanos. cōtra Corsicā insulā: hoc est septētrionē uersus hēt Vlbiēses: cuius in lōgū spaciū tenet milia passuū. cc. xxx. in latū milia cētū octuaginta. Hæc habet ab oriente & borea Tirrenicū mare: quod spectat ad portum urbis

Tripolis

Byxantiū

Zeugis

Numi-

dia

Maurita

nia

Cypros

Creta

Cyclades

Sicilia

Sardinia

Corsica

Baleares. Romæ: ab occasu mare Sardū: ab Africo insulas Baleares longe positas: a meridie Numidicū sinū: a septentrione ut dixi Corsicā. Ea insula multis promontoriis angulosa est. Hæc habet ab oriente tyrrhenū mare & portū urbis: a meridie Sardinia: ab occasu insulas Baleares: a Circio & septentrione ligusticū sinū. Tenet autē in lōgū milia passuū. c. lx. in latū milia. xx. & .vi. Insulæ Baleares duæ sunt maior & minor: quibus insunt bina oppida. Maior Tarraconē Hispaniæ ciuitatē. Minor Barchilonā septentrionē uersus cōtra se habet. Maiori subiacet insula Hebus: deinde ab oriente Sardinia: ab aquilone mare Gallicū: a meridie & Africo Mauritanicū pelagus: ab occasu Ibericum spectat pelagus. Hæc sunt insulæ ab Helleponto usque ad oceanū per totū magnū pelagus constitutæ: quæ & cultu & memoria magis cælebres habent. Percensui breuiter: ut potui puincias & insulas orbis uniuersi. Nunc locales gentiū singularæ miseras: sicut ab initio incessabiliter extiterunt & qualiter quibusque exortæ sint inquantū suffecero: proferam.

Diluuii uindicta.

Noe Vm post fabricā ornatūque mūdi huius homo: quē rectū atque imaculatū facerat deus: morti se subtrauisset: ac postinde hūanū genus libidinis deprauatū peccatis funditus obsorberet: continuo iniustā licentiā punitio iusta cōsecuta est. Sciam creatoris dei & iudicis peccanti homini ac terræ propter hominem destinatā: semperque dū homines terrā habitauerint: duraturā oēs uidelicet: aut probamus negādo: aut cōfiteōdo toleramus: obstinati que mētibus testes sibi infirmitas sua inurit: quibus fidelis scriptura nō suaserit. Deinde refuso sub Noe in omnē terrā mari imissoque diluuiio: cū toto orbe cōtecto unū spatiū cœli esset ac pelagi: delerū fuisse uniuersū hūanū genus paucis in arca fidei suæ merito ad substituēdā originē reseruatis: euidentissime ueracissimi scriptores docēt. fuisse tñ etiā illi cōtestati sunt: que præterita quædē tēpora ipsumque auctore tēporis nesciētes tñ ex indicio & cōiectura lapidū: quos in remotis mōtib⁹ cōchis & ostreis scabros etiā sæpe cauatos aq̄s uisere solemus: coniciēdo didicerūt. Et quis huiusmodi adhuc & relatu digna fidēque certa proferri a nobis queāt. tamē hæc ueluti principalia duo de præuaricatiōe primi hoīs & cōdēnatione generationis uitæque eius: ac deinde pditione totius generis humani dicta sufficiāt tantū ut si qua gētiles historici de nr̄is aliquo ordine cōtigerint: hæc plenius cū cæteris ipso quo incurrerint ordine proferantur.

Primus Ninus rex Assyriorum.

Ninus Nte annos urbis conditæ mille. ccc. Ninus rex Assyriorum primus ut ipsi uolūt: pro pagadæ dñationis libidine arma foras extulit: cruentaque uitam quinquaginta pro annos totā Asiā bellis egit a meridie atque rubro mari surgens sub ultimo septentrione. Euxinū pontū uastando prodomuit. Scythicamque barbariē adhuc tūc imbellē & innocentē torpētēque excitare sæuiciā: uires suas nosse: & nō lac iā pecudū: sed sanguinē hominū bibere: ad postremū uincere: dū uincit edocuit. Nouissime Zoroastrē Bractianorum regē: eundēque magicæ artis: ut ferunt rectorē pugna oppressum interfecit: post ipse dū deficientē a se oppugnat urbē: sagittæ ictu interiit. Huic mortuo Semiramis uxor successit: uirū aīo & habitu gerēs: auidosque iam usu sanguinis populos pro quadragintaduos annos cædibus gētiū exercuit. Nō cōtenta terminis mulier: quos a uiro suo tūc solo bellatore quinquaginta annis acq̄sitos suscepit: Aethiopiā bello pressam: sanguine illitā imperio adiecit.

LIBER PRIMVS

Indis quoque bellum intulit: quos praeter illam & Alexandrum magnum nullus intrauit: quod eo tempore ideo crudelius grauiusque erat: quam nunc est per se qui & trucidare populos in pace uiuentes: quia tunc apud illos nec foris erant ulla incendia bellorum. nec domi tanta exercitia cupiditatum. Haec libidine ardens: sanguinem sitiens inter incessabilia stupra & homicidia cum omnes: quos regie accersitos meretricie habitos concubitu oblectasset: occideret. tandem filio flagitiose concepto: impie exposito: incestu cognito priuam ignominiam publico scelere obtexit. Praecipit enim ut inter parietes ac filios nulla delata reuerentia naturae de coniugiis appetendis: quod cuique libitum esset: libitum fieret.

Ignis de caelo descendit in Pentapolim.

Nunc annos urbis conditae. M. c. lx. confinem Arabiae regionem: quae tunc Pentapolis uocabatur: arsisse penitus igne caelesti: inter alia etiam Cornelius tacitus refert qui sic ait. Haud procul inde campos: quos ferunt olim uberes: magnisque urbibus habitos fluminum iactu arsisse: sed manere uestigia: terramque ipsam specie solida uim frugiferam perdidisse. Et cum hoc loco nihil de incensis propter peccata hominum ciuitatibus: quasi ignarus expresserit: paulo post uelut oblitus consilii: subiicit & ait. Ego sicut inclytas quondam urbes igne caelesti fragrasse concesserim: ita halitus lacus infici terram & corrumpi reor. Quo dicto inuitus licet de exustis urbibus quae proculdubio peccatorum noxa conflagrauerant: & scisse se & concessisse confessus: palam perdidit: non sibi cognitionis fide defuisse: sed exprimendae fidei uoluntate: quod nunc a me plenius proferat. In confinio Arabiae & Palaestinae: qua dimissi altrinsecus montes subiectis campis excipiunt: quaeque ciuitates fuisse referunt. Sodomam: Gomoram: Adamam: Seboim: & Segor: sed Segor ex his parua. illae magnae & amplae: quippe quibus & soli fecunditas suberat. & Iordanis fluuius per planam diffusus: ac pro opportuna diuisus augmentis ubertatis impendebat. Huic uniuersae regioni bonis male utenti abundantia rerum causa malorum fuit. Ex abundantia. n. luxuria ex luxuria foede libidines adoleuerunt: adeo ut masculi in masculos operantes turpitudinem: nec consideratis quod locis conditionibus aetatibusque prouerent. Itaque iratus deus pluit super hanc terram ignem & sulphur: totamque regionem cum populis atque urbibus exusta teste iudicii sui futuram aeterna damnatione damnauit ut nunc quoque appareat quod forma regionis: sed inueniatur regio cineris: mediaque conualle: quam Iordanis irrigauerat: nunc mare superfusum tegat: tantumque de rebus: ut putatur: paruis diuinae indignationis iudicium accessum est: ut propter hoc illi male utentes bonis: fructus miseriarum: nutrimenta libidinum fecerant: tertia quoque ipsa quae has habuerat ciuitates: primum exusta ignibus: post oppressa aquis in aeternam damnationem communi periret aspectui.

Sodoma
Gomora

Vbi Romani nihil mali se passos esse dixerunt: si circus illis redderet.

Taque nunc si placet: hi: qui in Christum: quem nos iudicem saeculorum ostendimus: quantum in ipsis est spuma coniciunt: inter Sodomam & Romam discernant causas: & conferant poenas: quae a me uel maxime ob hoc retractandae non sunt: quia omnibus notae sunt. Et tamen quilibet eorum sentias acciperent: si illi fideliter: ita ut sentiunt faterentur quae quod de temporibus christianis rari & hoc in angulis murmurant: non usque adeo moleste accipiendum putent cum totius populi Romani consona uoce pari quoque iudicio sensus ac sermo sit cognitus. Adeo quodammodo at paruo: & leui motu haesitasse erga se parum consuetudinem uoluptatum indubitatissime contestatus est: ut libere clamaret: si recipet circum nihil esse sibi factum: hoc est: nihil egisse Romae Gothorum

enses: si cōcederet spectare Romani circēses: Nisi forte ut se habet apud plærosq; hoc præcipue tpe: qui ex lōga requie: uel paꝛ obortā sollicitudinē intolerabilem laborē putant. has clæmentissimas admonitiones qbus oēs aliqñ restringimur: alienis punitionibus auditis lectisq; præponunt. Quos saltem de hoc ipso exitu Sodomorū & Gomorreorū moneo: ut discere atq; intelligere queāt: qualiter deus peccatores puniuerit. q̄liter punire possit. q̄liter puniturus sit. Ante annos urbis cōditæ mille. lx. dū Thelcises & Carsathii puicax præliū aduersus Phoreneū regem Argiuorū: & Parapasios accipiūt: spem sine fructu uictoriæ gesserunt: Idēq; Thelcises & Carsathii post paululum bello uicti: patria p̄fugi: ignariq; reꝛ: credentes quia se penitus a cōgressu totius humanæ habitationis abstraherēt: Rhodum insulam quæ Ophiusa antea uocabatur: quasi tuta possessione cæperunt.

Vbi in Achaia sæuum diluuium actum est.

Nte annos urbis cōditæ mille. xl. in Achaia sæuū diluuiū uastatiōe plurima totius pene puinciae fuit. Quod q̄a Ogygis: qui tūc Eleusinae cōditor & rex erat tēporibus effusum est: nomen loco ac tēpori dedit.

De famæ: quæ fuit in Aegypto.

Nte annos cōditæ urbis mille. xlviii. fuisse apud Aegyptū primū insolitā fastidiendāq; ubertatē: deinde iugē atq; intolerabilē famē legimus: cui Ioseph uir iustus & sapiēs diuina puisione subuenerit: ut Pompeius historicus refert. eiusq; breuiator Iustinus docet: qui iter cætera sic ait. Minimus ætate inter fratres Ioseph fuit: cuius excellens ingeniū fratres ueriti interceptum peregrinis mercatoribus uendiderūt. A qbus deportatū in Aegyptū: cū magicas sibi artes solerti igenio p̄cepisset: breui ipsi regi percarus fuit. Nā & p̄digiorū sagacissimus erat. & somniorū primus intelligētia cōdidit. Nihilq; diuini iuris: humaniq; ei incognitū uidebat: adeo ut etiā agrorū sterilitatem futurā ante multos annos p̄spiciēs: fruges cōgregasset. Tantaq; eius expimēta fuerūt: ut nō ab hoīe: sed a deo respōsa accepisse uideret. Filius Ioseph Moyses fuit: quē præter paternæ scientiæ hæreditatē etiā formæ pulchritudo cōmendabat. Sed Aegyptii cum scabiē & uiriliginē paterent: r̄nso moniti eū cū agris: ne pestis ad plures serpet: terminis Aegypti pellunt. hæc Iustinus. Sed qm̄ hæc idē Moyses: quē isti sapiētē scientēq; fuisse attestant: plenius ueriusq; tāq; p̄ se suosq; gesta cōscripsit: primū fide eius atq; auctoritate: quā etiā isti p̄bāt: horū ignorātia est supplenda. dehinc sacerdotū Aegyptiorū fallax malitia confutanda est: qui uel astu: q̄d manifestius est: euidentē irā misericordiāq; ueri dei memoriæ subtrahere conati sunt: particulatim expositione cōfusa ne in cōtumeliā idolorū suorū eū colendū merito ostēderēt: cuius cōsilio annūciata hæc mala: & auxilio euitata docuissent uel forte ut indulgentius accipiamus oblitī sunt. Illius. n. nostri Ioseph: qui fuit ueri dei seruus: & pro creatura dñi sui pie intēteq; sollicitus: puisione ipsi abūdabāt frugibus: q̄si sacerdotes: sed q̄a falsi sacerdotes erant: cū cæteris esuriētibus nō dolēbant. Enimvero: cui placet: obliuiscit. cui dolet: meminit: q̄q; huius tēporis argumentū historiis factisq; reticētibus ipsa sibi terra Aegypti testis p̄nūciat: quæ tūc redacta in potestātē regiā: restitutaq; cultoribus suis ex omni fructu suo usq; ad nūc q̄ntæ partis incessabile uectigal p̄soluit. Fuit itaq; hæc famēs magna sub rege Aegyptiorū Diapolito: cui nomē erat Amosis quo tpe Baleus Assyrios: Argi-

LIBER PRIMVS

uos Apis regebat. Fuerunt autem ante annos famis septem præcedentes alii septem libertatis anni: quorum affluentiã tanto negligētius periturã: quãto uberius natã Ioseph noster solertia sua collegit: & cõdidit: totãq; Aegyptũ cõseruauit. Acquisiuit uniuersã Pharaoni pecuniã & deo gloriã reddēs dispēsiōe iustissima: cui uectigal uectigal: cui honorē honorē oīum pecora: terras: censusq; collegit. Ipsos autem qui semetipsos cū terris suis accipiēdæ stipis taxatiōe uēdiderāt statuta quintæ partis pactiōe laxauit. Hunc Ioseph: quē cõstituit deus Aegyptiis cõseruatae salutis auctorē: quis credat ita in breui eorũ excidisse memoria: ut filios eius atq; uniuersã cognationē paulo post seruitio addixerit: laboribus affecerit: iternitio nibus profligauerit. Quamobrē nō ē mirandũ: si nũc quoq; aliqui reperiũtur: qui cū a ceruicibus suis impendentē gladium prætento christiano nomine auerterint ipsum nomen christi: quo solo salui sunt: aut dissimulēt: aut infamēt: grauariq; se eorum temporibus asserant: quorum meritis liberantur.

De Amphitryone Deucalione & libero.

a Nno. dccc. decimo ante urbē conditã Amphitryon Athenis tertius a Amphitryon
Cecrope regnauit: cuius temporibus aquarũ illuuiēs maiorē partem tryon
populorũ Thesaliæ absumpsit: paucis per refugia montiũ liberatis maxime in
monte Parnaso: in cuius circuitu Deucalion tunc regno potiebatur: qui tũc ad
se ratibus confugientes susceptos per gemina Parnasi iuga fouit aluitq;: a quo
propterea genus humanũ reparatũ ferunt. Tunc etiã in Aethiopia pestes pluri
mas dirosq; morbos pene usq; ad desolationē exæstauisse Plato testatus est. Et
ne forte diuisa tēpora esse credantur iræ dei furorisq; bellici: ea tempestate sub
actã Indiã liber pater sanguine madefecit: cædibus oppleuit: libidinibus pol
luit: gentē utiq; nulli hominũ unq; obnoxiam: uernacula tantũ quiete cõtentã.

Hic dicitur quod populus dei in Aegypto afflictus est: & decem plagis percussa est Aegypto.

a Nno ante urbē conditã octingentesimo quinto infanda Aegyptiis ma
la atq; intollerabiles plagas incubuisse Pompeius Corneliusq; testantur **Põpeius**
Qui quidē cum hæc ambo de iudæis referenda proponantur: aliquan
tulũ me pro sua diuersitate mouerunt. Ait enim Pompeius siue eius abbrevia
tor Iustinus hoc modo Aegyptii cum scabiem ac uiriliginē paterentur: respõso
moniti Moysen cū ægris ne pestes ad plures serperet terminis Aegypti pellunt.
Dux igitur exulũ factus sacra Aegyptiorũ furto abstulit quæ armis repetentes
Aegyptii domũ redire tēpestatibus cõpulsĩ sunt. At uero Cornelius de eadē re **Corneli9**
sic ait. Plurimi auctores cõsentiũt cū orta p̄ Aegyptũ tabes corpora fœdaret re
gem Boccorũ adito ammonis oraculo remediũ petentē purgare regnũ: & id ge
nus hominũ ut inuisum diis alias in terras uehere iussum: sic conquisitũ colle
ctũq; uulgus postq; uastis in locis relictum sit: cæteris p̄ lachrymas torpentibus
Moysen unũ exulũ mouisse ne quã deorũ tēploꝝ hominumue opẽ expectarent
sed sibimet duci cœlesti crederēt primo cuius auxilio præsentēs miserias pepu
lissent. Itaq; Cornelius dicit quod ipsis Aegyptiis cogētibus in deserta ppulsi sunt
Iudæi: & postea subiungit incaute quod ope Moysi ducis in Aegypto miserias pe
pulissent: quare ostendit quãdã quæ p̄ Moysen strenue acta sunt fuisse celata.
Item Iustinus asserit pulsum æque cū populo Moysen sacra Aegyptiorũ fuisse
furatũ: quæ Aegyptios armis recipe molientes coactos tēpestatibus ac repullos

domum redisse. Et hic aliquid amplius & si nō totum p̄didit quod ille celauit. Quapropter quia Moyſi magno illi duci testimoniū ambo dixerūt ab ipſo ſicut quæ per eum & geſta & dicta ſunt p̄ferant: cum populum dei: hoc eſt genus Ioseph Aegyptii cuius ope ſalui erant ſeruitio oppreſſum labore cruciarēt: inſup etiā ad necandā ſobolem ſuā crudeli impio cogere: dimitti deus populum ſuū liberę ad ſeruiendū ſibi per Moyſen nunciū iubet. Contēptuſq; duriffimis cōtumaces ſuppliciis agit qui decē plagis onerati ac p̄triti tandē quos dimittere noluerant etiā feſtinare coegerunt. Poſt aquas in ſanguinē cōuerſas ardentibus ſiti grauiora afferentes p̄cenaꝝ remedia q̄ p̄cenas. Poſt horridos ranarū ſqualores p̄ oīa munda imundaq; reptantes poſt ignitos ſiniphes & nunq̄ ſe toto aere uibrantes pene ineuitabiles: poſt muſcas caninas etiā per interiora mēbroꝝ horridis motibus curſitantes acerbeq; inferentes tā graua tormēta q̄ turpia: poſt grandē omniū pecorū & iumentorū repentinam ruīnam ſtragem quæ generalem: poſt ueſicas efferueſcentes: ulceraq; manantia: & ut ipſi dicere maluerunt ſcabiem ac uiriliginem totis corporibus erumpentē: poſt grādinē cū igne p̄mixtā paſſim hoīes armenta atq; arbores proterentē: poſt locuſtarū nubes exhauiſtis oībus ipſas quoq; radices ſeminū p̄ſequentes: poſt tenebras imaginibus diras: craſſitudine palpabiles: diuturnitate ferales: poſtremo poſt uniformem in tota Aegypto primitiuæ ſobolis necē: paremque per uniuerſos orbitatū tēpeſtatē qui iubenti deo non ceſſerant: ceſſere punienti: ſed mox peſſime p̄cēnites diſmiſſos p̄ſequi auſi ultima nefandæ peruicaciæ expēdere ſupplicia. Nā Rex eorū uniuerſum Aegypti exercitū curribus atq; equitibus inſtructū in circumerrantes egit: cuius numerum hoc ſolo uel maxime argumēto coniiicere poſſumus: q̄ eum. dc. milia uiroꝝ timuerunt atq; fugerunt. Sed p̄tector depreſſorū & ultor cōtumacium deus diuiſit ſubito rubrum mare: ac dilatatis utrinque marginibus rigentiū undarū in montis faciē latera erecta ſuspendit: ut inoffenſis pelagi uiis p̄uocatis pii uiā deſperatæ ſalutis: impii foueā inſperatæ mortis intrarent. Itaq; Hebræis tuto per ſicca gradientibus refulſis a tergo aquarū aſtantium molibus obruta eſt & interfecta cū Rege ſuo uniuerſa Aegypti multitudo: tota p̄uincia plagis ante cruciata: ac poſtremo interfectione uacuata eſt. Extant etiā nūc certiffima horū monumēta geſtorū. Nā tractus curruūq; rotarū orbitæ nō ſolum in littore: ſed etiā in p̄fundo: quouſq; uiſus admittit: peruident. Eſſi forte ad tempus uel caſu: uel curioſitate turbant: continuo diuinitus in priſtinā faciē uentis fluctibusq; reparant: ut ſi quis timore dei nō doceat uel p̄palatæ religionis ſtudio: iræ eius trāſactæ ultionis terreat exēplo. His etiā t̄pibus adeo iugis & grauis æſtus incāduit: ut ſol p̄ deuia trāſuectus: uniuerſum orbē nō calore affeciſſe: ſed igne torruiffi dicat: impreſſumque feruorē & Aethiops plus ſolitū & inſolitū ſcytha nō tulerit. Ex quo etiā quidā: dū nō cōcedūt deo ineffabilem potentiam: ſuas inanes ratiunculas cōquirētes ridiculā Phaetontis phabulā texuerūt.

De duobus fratrum filiis.

i Tem anno ante urbē cōditā ſeptingenteſimo ſeptuageſimoq̄nto inter Danaī atq; Aegiffi fratrum filios quinquaginta parricidia una nocte cōmiſſa ſunt. Ipſe deinde tantorū ſceleꝝ fabricator Danaus regno: quod tot flagitiis acquiſerat: pulſus: Argos cōceſſit: ibiq; indigne p̄ſuaſis in facinus argiuis

LIBER PRIMVS

Sthenelum: qui cū p̄ fugū egentēq; suscep̄erat: regno expulit atq; ipse regnauit. Busiridis in Aegypto cruentissimi tyrāni crudelis hospitalitas: & crudelior tunc religio fuit qui innocentem hospitem sanguinem diis scelerū suorū participibus propinabat: quod execrabile sine dubio hominibus ipsis ne dum etiam diis uideri potest. Tunc etiam a progne terei & Philomene incestui parricidiū adiunctum est: execrabilius utriq; cōiuiū per infandos cibos additum est: cum propter sororis pudicitia creptam: præcisamq; linguā filium paruulum mater occidit: pater comedit. Iisdem tēporibus Perseus a Græcia in Asiā transuectus est: ibi Barbaras gentes graui diuturnoq; bello domuit: & nouissime uictor nomen subiectæ genti dedit. Nāq; a Perseo Persæ uocati sunt. At ego nūc cogor fateri me prospiciendi finis commodo de tanta malorū sæculi circumstantia præterire plurima: cuncta breuiare. Nequaquā enim tam densam aliquando siluam prætergredi possem nisi etiam crebris interdum saltibus subuolarem.

De regno Assyriorū: quod per quinquaginta reges propemodum actum est.

Am cum regnum Assyriorū per mille centū sexaginta annos usq; ad
n Sardanapalum per quinquaginta propemodū reges actum sit: & nūquam pene uel inferendis uel excipiendis usq; in id tēpus bellis quieuerit: quis finis reperietur si ea cōmemorare numerando: ne dicam describendo conemur: præsertim cum & Græcorū prætereunda nō sint: & Romanorū uel maxime recensenda sint: nec mihi nunc enumerare opus est Tantalī & Pelopis facta turpia & fabulas turpiores: quorū Tantalus Rex Phrighiorum Ganymedem trois Dardaniorū regis filium cum flagitiosissime rapuisset: maiori conserti certaminis fœditate detinuit: sicut Panocles poeta confirmat qui maximū bellum excitatū ab hoc fuisse cōmemorat: siue quia hunc ipsum Tantalum utpote assecclam deorū uideri uult raptum puerum ad libidinem Iouis familiari lenocinio præparasse: qui ipsum quoq; filiū Pelopem epulis eius nō dubitarit impendere. Tedet etiā ipsius Pelopis contra Dardanum atq; Troianos quælibet magna referre certamina: quæ quia in fabulis celebrari solita sunt: negligētius audiunt. Illa quoq; prætereo quæ de Perseo & cadmo Thebanis Spartanisq; per inextricabiles alternantium malorū recursus Palephato scribente referuntur. Taceo flagitia Lemniadum: prætermitto Pandionis Atheniensium regis flebilem fugam: atrei & Thiestæ odia supra & parricidia cælo quoq; inuisa dissimulo. Omitto Oedipum interfectorem patris matris maritum: filiorū fratrem uicticum suum fileri malo: Eteoclem atq; Polinicum mutuis laborasse concursibus ne quis eorū parricida non esset. Nolo meminisse Medæ amore sæuo sauciæ: & pignorum paruulorum cæde gaudentis: & quicquid temporibus illis perpetratum conici datur: qualiter homines sustinuerint: quod etiam astra fugisse dicuntur.

De certamine inter Cretenses & Athenienses.

a Nno ante urbem conditam quingentesimo. lx. atrocissimū inter Cretenses & Athenienses certamen fuit: ubi utrinq; populis infelicitè Atheniē profligatis cruentiorem uictoriam Cretenses exercuerunt: qui nobilium Atheniensium filios minotauro: utrum fero homini: an humanæ bestię aptius dicā nescio: deuorandos crudeliter addicebāt: atq; informe prodigiū effossis Græciæ Laphitæ luminibus saginabant. Iisdem diebus Laphitæ & Thessali famosis nimiū certa
b Thessali

Centauroi uere conflictibus. Sed Thessalos Palephatus in libro primo incredibilium prodit: ipsos a Laphitis creditos dictosque fuisse centauros: eo quod discurretes in bello equites: ueluti unum corpus equorum & hominum uiderentur.

Vesores Rex Aegypti. Vbi Vesores rex Aegypti meridiem & septentrionem uendicare sibi uoluit. Nno ante urbem conditam. cccc. lxxx. Vesores rex Aegypti meridiem & septentrionem diuisas pene toto caelo ac pelago plagas aut miscere bello aut regno iungere studens: Scythis bellum primum indixit: missis prius legatis: qui hostibus parendi leges dicerent: ad quae Scythae legatis responderunt. Stolide opulentissimum regem aduersus inopes sumpsisse bellum: quod timendum ipsi magis uersa uice fuerit propter incertos belli euentus: nulla praemia: & damna manifesta: porro sibi non expectandum: dum ad se ueniatur: sed ultro praedae obuiam ituros. Nec mora: nam dicta factis insequuntur. Primum ipsum Vesorem territum refugere in regnum cogunt: destitutum uero exercitum inuadunt: omnemque belli apparatus capessunt. Uniuersam quoque Aegyptum populassent: nisi paludibus impediti repulsi fuissent. Inde continuo reuersi perdomitam caedibus infinitis Asiam uectigalem fecere: ubi per. xv. annos sine pace immorati tandem uxorum flagitatione reuocantur denunciantium: ni redeant: solentem se a finitimis quaesituras. Medio autem tempore apud Scythas duo regii iuuenes Plinos & Scholopythus per factionem optimatum domo pulsi ingentem iuuentutem secum traxere: & in Cappadociae Ponticae ora iuxta amnem Themodontem confederunt campis Themiscireis sibi subiectis: ubi diu proxima quaeque populati conspiratione finitimorum per insidias trucidantur. Horum uxores exilio ac uiduitate permotae arma sumunt: & ut omnibus par ex simili conditione animus fieret: uiros: qui supererant: interficiunt: atque accensae in hostem sanguine suo ultionem caesorum coniugum finitimorum excidio consequuntur.

Vbi Amazones arma sumpserunt.

Amazones. Vnc pace armis quaesita externos concubitus ineunt: editos mares mox necant: foeminas studiose nutriunt: inultis infantium dexteribus mammillis: ne sagittarum iactu impedirentur: Vnde Amazones dictae. Harum duae fuere reginae: Marpesia & Lampedo: quae agmine diuiso in duas partes uicissim curam belli & domus custodiam sortiebantur. Igitur cum Europam maxima parte domuissent. Asiae uero aliquantis ciuitatibus captis: ipsae autem Ephesum aliasque urbes condidissent: praecipua exercitus sui partem onustam opulentissima praeda domum reuocant. Reliquae ad tuendum Asiae imperium relictae cum Marpesia regina concursu hostium trucidantur. Huius locum capessit Orethia filia: quae singularem uirtutibus gloriam perpetua uirginitate cumulauit. Hac fama excitas gentes tanta admiratio & formido inuaserat: ut Hercules quoque cum iussus fuisset a domino suo exhibere arma reginae: quasi ad ineuitabile periculum destinatus: uniuersam Graeciae lectam ac nobilem iuuentutem contraxerit: nouem longas naues praeparauerit: nec tantum contextus examine uirium ex improviso aggredi: & insperatas circumuenire maluerit. Duae tunc sorores regno praerant Anthiope & Orithyia. Hercules mari aduectus incautas inermesque pacis incuria desides oppressit: inter caesas captasque plurimas: duae sorores Anthiope & Menalippe ab Hercule: & Hyppolite a Theseo retentae sunt: sed Theseus Hyp-

LIBER PRIMVS

politem matrimonio asciiuit. Hercules Menalippem sorori reddidit: & arma reginæ precio redemptionis accepit. Post Orithyiam Penthesilia regno potita est: cuius Troiano bello clarissimo inter uiros documenta uirtutis accepimus.

De Gothis: quos Alexander & Cæsar esse uitandos iudicarunt.

Rohdolor pudet terroris humani. Mulieres patria profugæ: Europã atq; Asiã idest plurimas fortissimasq; mundi partes intrauerunt: per uagatæ sunt: deleuerunt: & .c. pene annis euertendo urbes plurimas: atq; alias in construendo tenuerunt: nec tamen miseræ hominũ pressura tẽporẽ deputata est. Modo aut Gethæ illi: qui & nunc Gothi: quos Alexãder cuitãdos Gethæ pronunciauit: Pyrrhus exhorruit: Cæsar etiã declinauit: relictis uacuefactisq; se Gothi dibus: ac totis uiribus tuti Romanas ingressi prouincias: simulq; ad terrorẽ diu ostentati societate Romani fœderis precibus sperant: quã armis uendicare potuissent: exiguæ habitationis sedẽ non ex sua electione: sed ex nostro iudicio rogant: quibus subiecta & parente uniuersa terra: præsumere: quod esset libitum: liberum fuit: semetipsos ad tuitionẽ Romani regni offerunt: quos solos inuicta regna timuerunt: & tamen cæca gentilitas cum hæc Romana uirtute gesta non uideat: fide Romanorũ impetrata non credit: nec acquiescit cum intelligat: confiteri beneficio christianæ religionis: quæ cognatam per omnes populos fidem iungit: eos uiros sine proelio sibi esse subiectos: quorum fœminæ maiorem terrarum partem immensis cædibus deleuerunt.

De raptu Helenæ: & coniuratione Græcorum.

T uero ante urbem conditam. ccc. tricesimo & amplius anno raptus Helena Helenæ: coniuratio Græcorũ: & concursus mille nauium: dehinc de Græci cœnalis obsidio: ac postremo famosum Troiæ excidiũ prædicatur: in quo bello per decem annos cruentissime gesto: quas nationes: quãtosq; populos idem turbo inuoluerit: atq; afflixerit: Homerus poeta in primis clarus luculentissimo carmine palã fecit: nec per ordinẽ nunc retexere nostrũ est: quia & operi longum & oibus notum uidetur. Verũtamen qui diuturnitate illius obsidionis euersionis atrocitate: cædẽ captiuitatẽq; didicerunt: uideant: si recte isto: qualiscũq; est: præsentis tẽporis statu offendunt: quos hostes occulta misericordia dei cũ per oēs terras instructis copiis persequi possent: pacis gratia. prætentis obsidibus per omnia maria sequũtur: & ne forte hæc quietis amore facere credant: seipsos ac pericula sua pro Romanorũ pace aduersus alias gentes offerunt.

Aeneæ in Italiam aduentus.

Aucis præterea annis interuenientibus Aeneæ profugi ex Troia ad Aeneas uentus in Italiam quæ arma commouerit: qualia per triennium bella excitauerit: quãtos populos implicuerit: odio excidioq; afflixerit ludi litterarii disciplina nostræ quoq; memoriæ insitum est. Horum præterea temporum medio interiacent exilia naufragiaq; Græcorum Peloponnensium clades. Codro moriente: fatorum ignari Thraces noua in bella surgentes: & generalis: tunc per totam Asiam Græciamq; commotio.

De Sardanapallo rege Assyriorum nouissimo.

a Nno ante urbem cõditam. lxxiii. nouissimus apud Assyrios regnauit Sardanapalus: uir muliere corruptior: qui inter scortorũ greges fœmi palus.

neo habitu purpurā collo tractans a præfecto suo Arbacto: qui tūc Medis præerat uisus atq; execrationi habitus: mox etiā excitis Medoꝝ populis ad bellum preuocatus & uictus ardenti pyræ se iniecit. Exhinc regnū Assyrioꝝ in Medos concessit. Deinde multis præliis undiq; scatētibus: quæ per ordinē differere nequaquam aptū uidet per uarios puentus ad Scythas Chaldaeosq; & rursus ad Medos parili uia rediit. In qua breuitate pensandū est: quæ ruinæ cladesq; gētū fuisse: quæ bella fluxerūt: ubi totiens tot & talia regna mutata sunt. Post hæc Medis Phraortes imperitauit. qui creberrimis Persarū Assyriorūq; bellis uiginti & duos regni sui annos cōsumpsit. Post hūc Diocles regnauit: uir armis expertissimus semperq; bellis imoratus: qui auctum late imperiū moriens Astyagi dedit. Astyages uirili ple uacuis Cyrū nepotē apud Persas genitū habuit. Sed Cyrus mox ut adoleuit: cōgregata Persarū manu auo certamē indixit. Porro Astyages oblitus sceleris sui: quod in Harpalū dudū admiserat: cū filiū eius unicū & paruulū interfecit: epuladūq; patri apposuit: ac ne qd infelicissimæ orbitati scilicet ignorātia subtraheret: infames epulas ostensis pri cū capite manib9 impropauit. Huius ergo facti imemor ipsi Harpalo summā belli cōmisit: qui acceptū exercitū statim Cyro per pditionē tradidit: quo cōperto Astyages raptis secū copiis in Persas ipse pfficiscit: acriusq; certamen instaurat: pposito suis metu: si quis de prælio cedere moliret ferro exciperet: qua necessitate instanter Medis pugnantibus: pulsa iterq; Persarū acies cū paulatim cederet: matres & uxores eorū obuiā occurrūt: orant in præliū reuertant. Cunctantibus sublata ueste obscœna corporis ostendūt: quærentes: nū in uteros matrū uel uxoroꝝ uellent refugere. Quo facto erubescens in præliū redeunt: & facta impressione quos fugiebant: fugere cōpellunt. Ibi tunc Astyages capitur: cui Cyrus nihil aliud q̄ regnū abstulit: eumq; maxime Hyrcanoꝝ genti præposuit. In Medos uero ipse reuerti noluit. Is finis imperii Medoꝝ fuit: sed ciuitates quæ tributariæ Medoꝝ erant: a Cyro defecerant: quæ res Cyro multoꝝ belloꝝ causa & origo extitit.

Quod Phalaris Siculus tyrannidem arripuit.

Phalaris A tempestate Phalaris Siculus Agrigentinos arrepta tyrānide depopulabatur: qui crudelis mente: cōmentis crudelior: oīa nefariæ in innocentes agēs inuenit aliquādo quæ iuste puniret iniustus. Nam Perillus quidā æris opifex affectans tyrāni amicitia aptū munus crudelitati illius ratus taurū æneū fecit: cui fabre ianuā e latere composuit: quæ ad contrudendos damnatos receptui foret: ut cū inclusus ibidem subiectis ignibus torreretur sonū uocis extortæ capacitas cōcaui æris augetet: pulsūq; ferali competens imagini murmur emitteret: nefarioq; spectaculo mugitus pecudis: nō gemitus uideretur. Sed Phalaris factum amplexus factorē execratus: & ultioni materiā præbuit & crudelitati. Nā ipsum opificē sua inuentione puniuit. Fuerat etiā paulo superiori tempore apud Latinos rex Romulus: qui per annos .xviii. flagitiis impietatibusq; crescens ad postremū diuino iudicio flumine interceptus matura supplicia imatura ætate exoluit. Eligāt nūc: si uidet: Latini & Siculi: utrū in diebus Romuli & Phalaris esse maluissent: innocentiū uitas pœnis extorquentiū: an his tēporibus christianis cū impatores Romani ipsa in primis religione cōpositi post cōminutas reipublicæ bono tyrānides: ne ipsoꝝ quidē iniurias exigunt tyrānoꝝ.

LIBER PRIMVS

De bello Peloponnesium & Atheniensium.

a Nno ante urbem conditam. xiii. Peloponnesium Atheniensiumq; maxi Atheniē
 mū bellum totis uiribus animisq; cōmissum est. In quo cædibus mu / ses
 tuis ad hoc coacti sunt: ut uelut uicti se ab alterutro subtraherent: belloq; disce / Pelopon
 derent. Tunc etiā Amazonū gentis & Cimmericorū in Asiā repentinus incursus: nenses
 plurimā diu lateq; uastationē stragemq; edidit. Anno uicesimo ante urbem con
 ditam Lacedæmonii contra Mesanios propter spretas uirgines suas in solemnī Lacedæ /
 Mesaniorum sacrificio per annos. xx. indefesso furore bellantes ruinæ suæ totas monii
 Græciæ uires implicuerūt: qui cū se magnis execrationibus deuouissent: sacra / Mesanii
 mentisq; obstrinxissent domū nisi Mesana expugnata nūq; esse redituros: ac per
 decē annos longa fatigati obsidione: nec tamē aliquē uincendi fructum adepti:
 porro autē & quærelis uxorū sup longa uiduitate: & periculo sterilitatis cōtestan
 tium permoti reuocarentur: cōsultatione habita ueriti: ne intercepta spe sobolis
 sibi magis hac perseuerantia: q̄ Mesaniis pditio nutriretur: selectos in exercitu
 eos: qui post iusiurandum in supplementū militiæ uenerant. Spartā remittunt:
 quibus p̄miscuos omniū foeminarū concubitus: permisere: infami satis nec tamē
 utili licentia. Ipsi autē proposito insistentes expugnant: fraudeq; Mesanios ui /
 ctos seruitio premunt. At illi cruentam diu dominationē inter ubera & uincula
 perpessi iugū excutiunt: arma sumunt: bellū instaurant. Lacedæmonii Tyrteum Tyrteus
 poetā Atheniensem ducē prælio legūt: qui tribus cōflictibus fusi amissum exer poeta
 citum: uocata in libertatē seruorū manu: suppleuerūt. Sed cū sic quoq; desisten /
 dum certamine p̄pter metū piculi arbitrarent. Tyrtei poetæ & ducis cōposito
 carmine: & pro cōcione recitato: rursus accensi mox in certamē ruunt. Tantaq;
 ui animorū cōcursum est: ut raro unq; cruentius præliū exarserit. Ad postremū
 tamē uictoria Lacedæmoniorū fuit. Tertio Mesanii reparauere certamē: nec La
 cedæmoniis mora in auxiliū copias multas utrinq; duxerunt. Athenienses uero
 Lacedæmonios alibi intētos diuerso aggredi parant: nec Lacedæmonii quere.
 Nam ipsi in Mesanios occupati Peloponneses imiserunt: qui Athenienses bello
 exciperent. Athenienses autē missa in Aegyptū parua classe impares uiribus na /
 uali cōgressu facile uincunt. Dehinc recæpta classe aucti etiā militū robore ui /
 ctiores in præliū uocant. Lacedæmonii quoq; omissis Mesaniis in Athenienses
 arma cōuertūt. Diu graues & uariæ pugnæ & anceps uictoriæ status: quare ad
 postremū pendente euentu utrinq; discessum est. Sciendū tamen est: ipsam esse
 Spartā: quā Lacedæmoniā ciuitatē dicunt: atq; inde Lacedæmonios Spartanos
 dici. Igitur inde reuocati Lacedæmonii ad Mesaniorū bellum: ne mediū tempus
 ociosum Atheniensibus relinquerent: cum Tebanis paciscuntur: ut Boetiorū im / Tebani
 perium eis restituerent: quod tēporibus belli Persici amiserant si illi Athenien /
 sium bella susciperent. Tantus furor Spartanorū erat: ut duobus bellis impliciti
 suscipere tertiū nō recusarent: dummodo inimicis suis hostes acquirerēt. Athe /
 nienses tanta belloꝝ tempestate permoti duos duces deligūt. Periclem spectatæ Pericles
 uirtutis uirū & Sophoclem scriptorem tragediarū: qui diuiso exercitu & Spar Sopho /
 tanorū fines populati sunt: & multas Asiæ ciuitates Atheniēsium imperio adie / cles.
 cerūt. Hinc porro per annos. l. incerta semp uictoria terra mariq; pugnatū est:
 donec Spartani & opibus iminutis: & fide p̄fligata sociis quoq; probro fuere:

Sed hæc per tot ætatum uolumina incubuisse Græciæ paruipeditur. Nunc aut̃ interpellari interdum uoluptates & impediri parumper libidines non sustinetur: quæ inter illius temporis homines atq; istius hoc interest: quod illi æquo animo hæc intolleranda tollerabant: quia in his nati uel enutriti erant: & meliora non nouerant. Isti aut̃ perpetuo in uita sua tranquillitatem & deliciaꝝ sereno assuefacti: ad omne uel modicum obductæ sollicitudinis nubilum commouentur. Atq; utinam ipsum depulsorem huius uel modicæ inquietudinis precarentur: cuius munere hanc ignoratam aliis temporibus iugitatem pacis habuerunt. Et quoniam spondisse me memini: cum ueluti articulis quibusdam dicendi ordinem definire: dicturum me esse ab orbe condito usq; ad urbem conditam: huic uolumini: quod ab orbe condito explicuimus: finis hic sit ut ab urbe condita sequens libellus incipiat: qui cõtextiora illorum temporum mala exercitioribus quippe ad nequitiam atq; eruditioribus hominibus continebit.

Pauli Orosii historiarum Secundi Libri initium.



EMINEM iam esse hominum arbitror: quem latere possit: quod hominem in hoc mundo deus fecerit. Unde etiã peccante homine mûdus arguitur: ac propter nostrã intemperantiam comprimendam terra hæc: in qua uiuimus: defectu cæterorũ animalium & sterilitate suorũ fructuum castigatur. Itaq; si creatura dei merito: & dispensatio dei sumus: quis magis diligit eã: quã ille qui fecit? Quis autẽ ordinatius regit: quã is: qui & fecit & diligit? Quis uero sapientius & fortius ordinare & regere facta potest: quã qui & facienda prouidit: & prouisa perfecit? Quapropter omnẽ potestatem a deo esse: omnẽq; ordinationem & qui non legunt sentiunt: & qui legunt cognoscunt. Quod si potestates a deo sunt: quãto magis regna: a quibus reliquæ potestates progrediuntur? Si autẽ regna diuersa: quãto æquius regnum aliquod maximum cui reliquorũ regnorũ potestas uniuersa subiicitur? Quale a principio Babylonicum: & deinde Macedonicum fuit. Post etiam Africã: atq; in fine Romanũ: quod usq; ad nunc manet: eademq; ineffabili ordinatione per quattuor mundi cardines. iiii. regnorũ principatus fuere distinctis gradibus eminentes: ut Babylonicum regnum ab oriente: a meridie Carthaginense: a septentrione Macedonicũ: ab occidente Romanum: quorũ inter primũ & nouissimũ: idest inter Babylonicum & Romanum: quasi inter patrem senem ac filium paruum Africã & Macedonicum breuia & media: quasi tutor curatorq; uenerunt: potestate temporis non iure hereditatis admissa: Quod utrum ita sit: apertissime expedire curabo.

De Nino rege Assyriorum occiso.

Ninus	Ex primus apud Assyrios: qui eminere cæteris potuit: Ninus fuit.
Semiramis	Occiso Nino Semiramis uxor eius totius Asiæ regina Babyloniã urbem instaurauit: caputq; regni Assyrii: ut esset: instituit. Regnum
Babylonia	Assyriorũ diu inconcussa potentia stetit: sed cum Arbactus: quem alii Arbaces
Arbaces	uocat: præfectus Medorũ: idemq; natione Medus Sardanapalum regem suum apud Babyloniã interfecisset: regni nomen & summam ad Medos transtulit.

LIBER SECVNDVS

Ita Nini & Babylonis regnum eo anno in Medos deriuatū est: quo anno apud Latinos Procas Amulii & Numitoris pater: auus autē Rheæ Siluiæ: quæ mater Romuli fuit: regnare cœpit. Ut autem omnia hæc ineffabilibus mysteriis & profundissimis dei iudiciis disposita: nō aut humanis uiribus aut incertis causis accidisse perdoceam: omnes historiæ antiquæ a Nino incipiūt: omnes historiæ Romanæ a Proca exoriuntur. Deinde a primo anno imperii Nini usq; quo Babylon a Semiramide instaurari cœpta est: interueniunt anni. lxxiii. Et a primo anno Procæ cum regnare cœpit usq; ad cōditionem urbis factam a Romulo: intersunt anni æque. lxxiii. Ita regnante Proca futuræ Romæ sementis iacta est: & si nondum germē apparet. Eodem anno ipsius Procæ regni Babylonis regnum defecit: & si adhuc Babylon ipsa consistit. Discedente autem Arbactō in Medos partem regni penes se retinere Chaldæi: qui Babyloniam sibi aduersum Medos uendicauerūt. Ita Babylonis potestas apud Medos: proprietas apud Chaldæos fuit. Chaldæi autem propter antiquam regiæ urbis dignitatem non illam suam: sed se illius uocari maluerunt. Vnde factum est: ut Nabuchodonosor cæteriq; post eum usq; ad Cyrum reges quāuis Chaldæorum uiribus potentes: & Babylonis nomine clari legantur: in numero tamen & ordine regum non habeantur illustrium.

Quando Babylon illa cecidit: & Roma surrexit.

b Babylon itaq; eo anno sub Arbactō præfecto dehonora-
ta sub Proca rege ut proprie dixerim seminata est. Babylon nouissi-
me eo tempore a Cyro rege subuersa: quo primum Roma a Tarquiniorum re-
gum dominatione liberata est. Siquidem sub una eademq; cōuenientia tempo-
rum illa cecidit: ista surrexit. Illa tunc primum alienigenarum perpeffa domi-
natum: hæc tunc primum etiā suorum aspernata fastidium. Illa tunc quasi mo-
riens dimisit hæreditatem. Hæc uero pubescēs tunc se agnouit hæredem. Tunc
orientis occidit imperium: & ortum est occidentis. Et ne diutius uerbis morer:
cōmitto me dentibus insanientium: sed ueritatis præsidio liberādum. Regnauit
Ninus annis. lii. Medio imperii sui tempore Babyloniam caput regni cōdidit.

De Babylone & Roma.

i Tem Babylon post annos. M. c. lxxiii. q̄ cōdita erat a Medis & Arba-
cto rege eorum: præfecto autē suo spoliata opibus & regno: atq; ipso
rege priuata est. Ipsa tamen post aliquādiu mansit incolumis. Similiter & Ro-
ma post annos totidem: hoc est. M. c. lxxiii. a Gothis & ab Alarico rege eorū: co-
mite autē suo irrupta: & opibus spoliata: nō regno: manet adhuc: & regnat inco-
lumis: quibus intantū arcanis statutis in utrāq; urbē cōuenientiæ totius ordo ser-
uatus sit: ut & ibi præfectus eius Artabus regnū inuaserit: & hic huius præfe-
ctus Attalus regnare tentauerit: tā& si apud hanc solā merito christiani impatoris
Honorii attentatio prophana uacuata sit. Itaq; hæc ob hoc præcipue cōmemo-
randa credidi: ut tanto arcano ineffabilium iudiciorū dei ex parte patefacto in-
telligant hi: qui insipienter utiq; de temporibus christianis murmurant: unum
deum disposuisse tempora: & in principio Babylonis & in fine Romanis. Illius
clamentis esse: quod uiuimus. Quod autem misere uiuimus intemperantiæ
nostræ. Ecce similis Babylonis ortus: & Romæ similis potentia: similis magni-

tudo: similia tempora: similia bona: similia mala: tametsi non similis exitus simi-
lisue defectus. Illa enim regnū amisit: hæc retinet. Illa interfectione regis orbata
hæc incolumi imperatore secunda est. Et hoc quare? quoniā ibi in rege libidinū
punita turpitudine: hic christianæ religionis continentissima æquitas in rege ser-
uata est. Ibi absq; religionis reuerentia auaritate uoluptatis licentia furoris im-
pleuit: hic & christiani fuerunt: qui parcerent: & propter quorum memoriam:
& in quorū memoria parceretur. Quapropter desinant religionē lacerare: & la-
cessere patientiā dei propter quā habent quod habent: & utinā hoc quoq; impu-
nitum habeant: si aliquando desistant. Recolant sane mecum maiorū suorū tem-
pora bellis inquietissima: sceleribus execrabilia: dissensionibus fœda: miseris
continuatissima: quæ & merito possunt horrere: qui affuere: & necessario debēt
rogare: ne sint: eum sane rogare solum deum: qui & tunc occulta iusticia permi-
sit ut fierent: & nunc aperta misericordia præstat: ut non sint: quæ modo a me
plenius ab ipso urbis exordio peruolutis per ordinem historicis proferentur.

Urbs Roma in Italia condita.

a Nno igitur post euerisionē Troiæ circiter. ccc. xxxv. Olympiade autē
sexta: quæ quinto demū anno quattuor in medio expletis apud Elidē

Roma Græciæ ciuitatem agone & ludis exercere solet: urbs Roma in Italia a Remo
cōdita & Romulo geminis auctoribus condita est: cuius regnum continuo Romulus
Romul⁹ parricidio imbuuit pariq; successu crudelitatis sine more raptas sabinas impro-
bis nuptiis confederatas maritorū & parentum cruore dotauit. Itaq; Romulus
interfecto primū auo Numitore: dehinc Remo fratre arripuit imperiū urbēq;
constituit Regnū aui: muros fratris: templū soceri sanguine dedicauit: scelera-
torum manū promiscua impunitate collegit. Primus illi campus ad bellum for-
urbis fuit: mixta simul externa ciuiliaq; bella nunq; defutura significans. Sabi-
norū: quos fœdere ludisq; pellexerat: fœminas tam inhoneste præsumpsit: q̄ ne-
Titus ta farie defendit. Ducē eorū Titum Tatium senem honestis pietatis causis insisten-
tius. tem: diu armis propulsatū mox ut in societatem regni assumpsit: occidit. Cum
Veientibus prælium adhuc paruo nomine magnis uiribus agitatum est. Cēni-
nensium captum ac dirutum oppidum: assumptis semel armis nunq; quies fuit:
quippe quibus egestas turpis atq; obscœna fames domi timeretur si unquā paci
acquiescissent. Iam hinc incessabilia certamina: & iuxta quantitatem uiriū sem-
Tull⁹ ho per grauiā q̄ breuissime strinxero: Tullum Hostilium militaris rei institutorem
stilius. fiducia bene exercitatae iuuentutis Albanis intulisse bellum: & diu altrinsecus
Tergemi spe incerta certa q; clade tandem pessimos exitus & dubios euentus compedio-
ni. sa tergemini conuersione fuisse. Rursus pace dirupta Metium Suffetium
Metius Fidennate bello meditata etiā prodicione suspensum: curribus in diuersa raptā-
suffetius tibus duplicis animi noxā pœna diuisi corporis expēdisse. Latinos Anco Mar-
Ancus tio duce sæpe congressos: aliquando superatos. Tarquinium Priscum omnes fi-
martius nitimos & potentes tunc. xii. Tusciæ populos innumeris concidisse conflicti-
Tarqni⁹ bus. Veientes Seruo Tullio insistente uictos fuisse nec domitos: Tarquiniū sup-
Priscus. bi regnū occiso socero scelere assumptū: habita in ciues crudelitate detentū fla-
Tarqni⁹ gitio adulteratæ Lucretiæ amissum: & intus domestica uicia uirtutesq; forinse-
superbus cus emicātes. i. oppida ualida in Latio per eū capta Ardeā Oricolū Sinuessam

LIBER SECVNDVS

Pometiamq; & quicquid in Gabios: uel fraude propria: uel poena filii: uel Ro-
manis uiribus perpetravit. Sed Romani quāta mala per. cc. xl. & .iiii. annos cō-
tinua illa regum dominatione pertulerint: nō solum unius regis expulsio: uerū
etiam abiuratio regii nominis & potestatis ostendit. Nam si unius tantū super-
bia fuisset in culpa: ipsum solum oportuisset expelli: seruata regia dignitate.
Melioribus igitur regibus urbe propulsis Romani consulendū sibi: q̄ cuiq; suae
libertati dominandū rati: consules creauerunt quibus ueluti adulta reipublicae
crescentis aetas robustioribus ausis exercebatur.

Nno post urbem cōditā. cc. xliiii. Brutus primus apud Romanos cō **Brutus**
a sul primū conditorē regemq; Romae nō solum exaequare parricidio:
sed & uincere studuit. Quippe duos filios adolescentes totidēq; uxo-
ris suae fratres Vitellios iuuenes reuocandorū in urbe regum placitos insimula-
tos in concionē protraxit: uirgis cecidit: securiq; percussit. Ipse deinde Veientū
Tarquiniensiuq; bello cum Arunte superbi filio congresso sibi cōmortuoq; pro-
cubuit. Porsenna Rex Hetruscoꝝ grauissimus regii nominis suffragator Tar- **Porsenna**
quiniensium manū ingerens: tribus cōtinuis annis: trepidam urbem terruit: cō-
clusit: obsedit: & nisi hostem uel Mutius constanti urendae manus patientia: uel
uirgo Chlcelia admirabili transmeati fluminis audacia: permouisset: profecto
Romani compulsi fuissent ppeti aut captiuitatem hoste insistente superati: aut
seruitutem recēpto rege subiecti. Post hāc Scabini corrasis undiq; copiis ma-
gno apparatu belli Romani cōtendunt: quo metu cōsternati Romani dictato-
rem creant: cuius auctoritas & potentia consulem praeriret: quae res in illo tunc **Dictator**
bello plurimū emolumēti tulit. Sequitur discessio plæbis a patribus cū Marco
Valeriano dictatore delectum multū agente: uariis populis stimulatus iniuriis
sacrum montē insedit armatus: qua pernicie quid atrocius: cū corpus a capite
defectum perditionē eius: per quod spirabat: meditaretur actumq; de Romano
nomine intestina pnicie foret: nisi maturata reconciliatio subrepsisset prius: q̄ se
discessio ipsa cognosceret: urget. n. se atq; imminet sibi extra illas apertas bello-
rum clades successu misero clandestina pnicies. Quippe Tito Gessonio & Pu- **Consules**
blio Numitio cōsulibus duo uel maxima omniū malorū abominamenta fames
& pestilentia fessam urbem corripuere. Cessatū est paulisper a praeliis cessatum
tamen a mortibus nō est. Veientes & Hetrusci graues hostes adiunctis sibi fini-
timorū copiis in bella surgentes obuiss Marco Fabio & Gneo Manlio consuli-
bus excipiuntur: ubi post sacramentū iurationis: quo se Romani deuouerant:
non nisi post uictoriam ad castra redituros: adeo atrox certamen fuit: ut uictis
uictoribus quae par forma esset: & amisso plurimo exercitu: occisisq; in pugna
Manlio consule & Fabio cōsulari Marcus Fabius consul oblatum sibi a senatu
triumphum suscipere recusaret: quia tantis reipublicae detrimentis luctus po-
tius debebatur. Gloriosissima illa numero & uiribus Fabioꝝ familia Veienta-
num sortita certamen q̄tā reipublicae orbitatem occasu suo intulerit: infamibus
usq; nūc uocabulis testes sunt fluuius qui pdidit & porta quae emisit. Nam cū
sex & .ccc. Fabii uere clarissima Romani status lumina speciale sibi aduersum **Fabii**
Veientes decerni bellū expetiuisent: spē temere sumptae expeditionis primis suc-
cessibus firmauerūt. Dehinc inducti insidias circūuentiq; ab hostibus oēs ibidē

PAVLI OROSII

trucidati sunt: uno tñ ad enunciandā cladē reseruato: ut miserius audiret patria
pditos: q̄ pdidisset. Ad hæc nō Romæ tñ talia gerebant: sed quæq; puincia suis
ignibus æstuabat: & quod poeta præcipuus in una urbe descripsit: ego de toto
orbe descripserim. Crudelis ubiq; luctus: ubiq; pauor: & plurima mortis imago.

De Regno Persarum & Cyro Rege.

Cyrus

i Gitur eodē tpe Cyrus Rex Persarū: quē supius explicādæ historiæ cā
cōmemorauerā: qui tunc Asiā: Scythiā: totūq; orientē armis puaga-

Ganges

batur: cū Tarquinius supbus urbē: uel rex: uel hostis aut seruitio p̄mebat: aut
bello: Cyrus: ut dixi: cunctis: aduersum quos ierat: p̄domitis: Assyrios & Baby-
loniā petit gentē: urbēq; tūc cunctis opulentiorē: sed impetū eius Ganges flu-
uius secundæ post Euphratē magnitudinis iter cepit. Nā cū unū regioꝝ equoꝝ
candore formaq; præcipuū cum equite trāsmeādi fiducia psuasō: qua p̄ rapacē
alueum offensi uada uorticis attollebant abreptū præcipitatūq; merisset: Rex
iratus ulcisci in amnē statuit: cōtestans eū qui tā præclaræ equū equitēq; uoras-

Babylōia

longe ualidissimū & mediā Babyloniā interfluentē deriuauit: ac sic meabilibus
uadis siccū: etiā patētibus aluei partibus iter fecit: cœpitq; urbē: quā uel opere
humano extrui potuisse: uel humana uirtute: destrui posse: utrūq; pene incredi-
bile apud mortales erat. Nāq; Babyloniā a Nembroth gygāte fundatā: a Nino
uel Semiramide reparatā multi pdidere. Hæc campi planicie undiq; cōspicua:
natura loci lætissima castroꝝ facie mœnibus paribus: per quadrū disposita: mu-
roꝝ eius uix credibili relatu firmitas & magnitudo. i. latitudo cubitoꝝ .l. altitu-
do quater tāta. Cæteræ ambitus eius. cccc. lxxx. stadiis circūuenit. Murus cocti-
li latere atq; iterfuso bitumine cōpactus fossa extrinsecus late patēs uice amnis
circūfluit. A fronte muroꝝ .c. portæ æræ. Ipsa aut latitudo in cōsumatione pin-
narum utroq; latere habitaculis defensorū æque dispositis media intercapedine
actas quadrigas capit: domus intrinsecus quater geminæ habitationes minaci
p̄ceritate mirabiles. Et tñ magna illa Babylon prima post reparationē humani
generis cōdita: nūc pene etiā minima mora uicta: capta: ac subuersa est. Ibi tūc

Cræsus

Cræsus Rex Lydoꝝ famosus opibus: cū ad auxiliandū Babyloniis uenisset: ui-
ctus sollicitusq; in regnū refugit. Cyrus aut posteaq; Babyloniā ut hostis inua-
sit: ut uictor euertit: ut Rex disposuit: bellum transtulit in Lydiā: ubi cōterritū
supiore iā prælio exercitū nullo negotio supauit. Ipsum etiā Cræsum cœpit: ca-
ptūq; uita & p̄rimonio donauit. Exaggerare hoc loco mutabiliū reꝝ instabiles
status nō opus est: qcqd enim est ope & manu factum labi & cōsumi uetustate
Babylon capta cōfirmat: cuius ut primū imperiū ac potētissimū extitit: ita pri-
mū cessit: & ueluti quodā iure succedētis ætatis debita posteris tradereť hære-
ditas: ipsis quoq; eandē tradendi formulā seruaturis: ita ad p̄xima aduentantis
Cyri tentamenta succubuit magna Babylon: & ingēs Lydia: amplissima oriētis
cū capite suo brachia: unius prælii expeditione ceciderūt: & nri in circumspecta
anxietate causant: si potētissimæ illæ quondā Romanæ rei publicæ moles nūc
magis imbecillitate ppriæ senectutis: q̄ alienis cōcussæ uiribus contremiscunt.

LIBER SECVNDVS

Cyrus Scythis bellum intulit: & a Tomyri regina quæ tunc eis præerat: uictus & occisus est.

i Gitur Cyrus proximi temporis successu Scythis bellum intulit: quæ Tomyris
Tomyris regina: quæ tunc genti præerat cum prohibere transitum
araxis fluminis posset: transire permisit: primū propter fiduciam sui:
dehinc propter opportunitatē ex obiectu fluminis hostis inclusi. Cyrus itaq; Scy/
thiam ingressus procul a transmissō flumine castra metatus: insuper astu eadem
instructa uino epulisq; deseruit: quasi territus refugisset. Hoc cōperto regina ter/
tiam partem copiarū & filium adolescentulum ad persequendum Cyrum mittit.
Barbari ueluti ad epulas inuitati primum ebrietate uincuntur: mox reuertente
Cyro uniuersi cū adolescente obrūcantur. Tomyris exercitu ac filio amisso uel
matris: uel reginæ dolorem sanguine hostiū diluere promptius: q̄ suis lachrymis
parat. Simulat diffidentia desperatione cladis illatæ: paulatimq; cedendo supbū
hostem in insidias uocat. Ibi quippe cōpositis inter montes insidiis. cc. M. Per/
sarum cum ipso rege deleuit: adiecta super omnia illius rei admiratione: q̄ nec
nuncius quidē tantæ cladis supfuit. Regina caput Cyri amputari: atq; in utrem Cyri
humano sanguine oppletum coniici iubet: non muliebriter increpitans: satia te mors
sanguine: quem sitisti: cuius per annos triginta insatiabilis perseuerasti.

Darius post aliquantum temporis: occiso Cyro rege regnum suscepit.

a Nno ab urbe cōdita. cc. xl. quinto Darius. Cyro apud Scythas inter/
fecto: post aliquātulum interuallū sorte regnū adeptus est. Regnauit
enim medius eorū Cambises Cyri filius: qui deuicta Aegypto cunctā Cābises
Aegypti religionem abominatus cærimonias & templa eius deposuit. Post hūc Magi
etiam Magi duo sub nomine quæ occiderāt: regis regno obrepere ausi: qui qui duo
dem mox deprehēsi & oppressi sunt. Darius itaq; unus ex his qui Magorū au/
diciam ferro coercuerant: cōsensu omniū rex creatus est: qui postq̄ Assyrios ac Darius
Babyloniam Persarū regno deficiente bello recuperauit: Attyro rege Scytharū
hac uel maxime causa bellum intulit: q̄ filiæ eius petitas sibi nuptias non obti/
nuisset. Magna scilicet necessitas pro unius libidine hominis. dvii. M. uirorum
periculo mortis exponi incredibili quippe apparatu cum. dvii. M. armatorum
Scythiam ingressus: non facientibus hostibus iustæ pugnæ potestatem: insuper
repentinis incurfibus extrema copiarū dilacerantibus: metuens ne sibi reditus in
interrupto ponte Istri fluminis negaretur: amissis. lxxx. M. bellatorū trepidus re/
fugit: quous hunc amissorū numerum inter damna non duxerit: & quem haben/
dum uix quisq; ambire ausus esset: perditum ille non sensit. Inde Asiam Mace/
doniāq; aggressus perdomuit: Ionas quoq; nauali cōgressione superauit. Deinde
in Athenienses: q̄ Ionas aduersum se auxilio iuuissent: impetum fecit: atq; arma
direxit. Porro Athenienses ubi aduentare Darium compererunt: quis auxilium
a Lacedæmoniis poposcissent: tamen cum detineri Persas quatruiduanæ religio/
nis ocio compertū haberēt: spem occasione sumentes instructis tantū. x. M. ar/
matorum ciuium: & Plataensibus auxiliaribus. M. aduersum. dc. millia hostiū
campis Marathoniis proruperunt. Melciades ei tunc bello præfuit: qui celeri/
tate magis q̄ uirtute fretus alacri satis expeditione prius hosti cominus inhæsit: des/
q̄ posset expedito sagittarum iactu propulsari. Tanta in eo bello diuersitas cer/
c

tandi fuit: ut ex alia parte uiri ad occidendū parati: ex alia pecudes ad moriendū præparatæ putarentur. cc. M. Persarum apud campos Marathonios ea tempestate ceciderūt. Sensit Darius hoc damnum. Nam uictus fugatusq; arreptis nauibus refugit in Persas. Cum autem instauraret bellum: & ulcisci in uictores moliretur: in ipso apparatu cōcidit: Olympiade septuagesimaquarta: hoc est post urbem cōditam anno. cc. lxx. quinto: quo tempore Romæ Popilia uirgo ob crimen stupri uiua defossa est. Xerxes Dario patri in regno succedens bellum aduersus Græciam a patre susceptum: per quinquenniū instruxit: quod Demaratus Lacedæmonius: qui tunc forte apud Xerxem exulabat: per tabellas primum scriptas: deinde cæratas suis prodidit.

Xerxes Dario successit.

i Gitur Xerxes, dcc. M. armatorū de regno. & .ccc. M. de auxiliis: rostratas etiam naues. M. cc. onerarias autem tria. M. numero habuisse narratur: ut merito inopinato exercitui immensæq; classi uix ad potū flumina: uix ad ingressum terras: uix maria ad cursum suffecisse memoratum sit. Huic tam incredibili temporibus nostris agmini: cuius numerum nunc difficilius est astrui: q̄ tunc fuit uinci. Leonides Rex Spartanorum cum. iiii. M. hominum in augustiis Thermopylarum obstitit. Xerxes autē contemptu paucitatis obiectæ iniri pugnam: conseri manū imperat. Porro illi: quorum cognati & commanipulares in campis Marathoniiis occubuerant & certaminis simul & cladis extitere principium. Deinde succedēs sibi turba maior ac segnior: cum iam neq; ad procurrendum libera: neq; ad pugnandum expedita: neq; ad fugiendū prompta solis mortibus subiaceret: triduo cōtinuo non duorum pugna: sed cædes unius populi fuit. Quarto autē die cum uideret Leonides undiq; hostem circumfundi: hortatur auxiliares socios: ut subtrahētes se pugnae in cacumen montis euadāt: ac se ad meliora tempora referuent. Sibi uero cum Spartanis suis aliam sortem esse subeundam: plus se patriæ debere q̄ uitæ. Dimissis sociis Spartanos admonet de gloria plurimum: de uita nihil sperandum: neq; expectandum uel hostem uel diem: sed occasione noctis prorumpenda castra commiscenda arma: conturbanda agmina esse. Nusquam uictores honestius: q̄ in castris hostium esse perituros. Persuasi igitur mori: male in ultionem futuræ mortis armantur: tanq̄ ipsi interitum suum & exigent & uindicarent. Mirum dictu sexcenti uiri castra .dc. M. irrumpūt: tumultus castris totis oritur. Persæ quoq; ipsi Spartanos adiuuant mutuis cædibus suis. Spartani quærentes regē: nec inuenientes cædunt sternuntq; omnia castra: peruagantur uniuersa: & inter densas strues corporum raros homines uix sequūtur. Victores sine dubio nō essent: nisi mori elegerent. Prælium a principio noctis in maiorē partem diei tractum: ad postremum uincendo fatigati: ubi quisq; eorum deficiētibus membris uisus est sibi mortis suæ ultione satiatus: ibi inter impedimenta cadauerum campumq; Crassum & semigelatum sanguine palpitando lapsus & mortuus est. Xerxes bis uictus in terra nauale prælium parat. Sed Themistocles dux Atheniensium cum intellexisset Ionas: quibus dum auxilium superiori bello præbet: in se Persarū impetum uerterat: in auxilium Xerxis instructam classem deducere: sollicitare eos parti suæ hostiq; subtrahere statuit. Et quia colloquendi facultas negabatur: locis ad quæ

Darii

mors

Xerxes

Demaratus

Leonides

Persarū strages

Themistocles

LIBER SECVNDVS

Iones accessuri nauibus uidebātur: proponi symbola: saxisq; affigi iubet. Socios quondam & participes periculorum: nunc autem iniuste agentes apta increpatione corripit: atq; ad antiquorum iura fœderum religiosa adhortatione persuadens: præcipueq; admonens: uti commisso proelio cædentium uice inhiabant remos: seseq; bello auferant. Igitur Rex partem nauium sibi detinens spectator pugnae in littore manet. Contra autem Artemidora regina Halicarnasi: quæ in auxilium Xerxi uenerat: inter duces primos acerrime bello immiscetur: ita: ut uersa uice in uiro fœminea cautela: in fœmina uirilis audacia spectaretur. Cum autē anceps pugna esset: Iones iuxta præceptum Themistoclis paulatim se certamini subtrahere cœperunt: quorum defectio Persas iam fugam circumspectantes aperte fugere persuasit: in qua trepidatiōe multæ naues captæmersæq; sunt. Plures tamen sæuitiam regis: uelut immanitatem hostis timentes domum dilabuntur. Anxium tot malis regem Mardonius aggreditur suadens regem in regnum redire oportere prius q̄ aduersa fama nouas res domi moliretur. Se autē si residuæ sibi copiæ traderentur & ultionem ab hoste exacturum & ignominiã domesticam propulsaturum: aut si aduersa belli perseverassent cessurum se quidem hosti: sed tamen sine regis infamia. Probato consilio exercitus Mardonius traditur. Rex Abydum ubi pontem ueluti uictor maris conseruerat cum paucis proficiscitur. Sed cum pontem hybernis tempestatibus dissolutum offendisset: piscatoria scapha trepidus transiit. Erat sane quod spectare humanum genus & dolere debuerat: mutationes rerum hac uel maxime uarietate permetiens: exiguo cōtentū latere nauigio: sub quo ipsum pelagus ante latuisset: & iugum captiuitatis suæ uinctum ponte portasset: uilissimo unius seruuli egere ministerio: cuius potentia dum montes exciduntur: ualles replentur: amnes exhauriuntur: ipsa etiam rerum natura cessisset: pedestres quoq; copiæ: quæ ducibus: cōmissæ fuerant: labore: fame: ac metu tabuerunt: & crudescente morbo: tanta pestis tantaq; fœditas morientium exorta est: ut uix cadaueribus replerentur: diræ etiam alites: improbæ bestia: escarum illecebris sollicitatæ moribundum sequerentur exercitum. At uero Mardonius cui reliqua belli Xerxes commiserat: afflatus primum successu breui: mox in extrema deiectus est. Olynthum siquidem Græciæ oppidum expugnauit. Athenienses uaria sollicitatione adducere in spem pacis aggressus est: ubi inexpugnabilem eorum libertatē uidet: incensa urbis parte in omnem Boetiam belli apparatus deducit. Illic quoq; eum. c. M. Græcorū insecuta sunt: & commisso sine mora proelio Mardonium deletis copiis ipsius uelut e naufragio nudum cum paucis fugere compulerunt: castra regiis opibus referta ceperunt non paruo quidem antiquæ industriæ damno. Nam post istius prædæ diuisionem aurum Persicum prima uirtutis Græciæ corruptio fuit. Urget igitur inceptus miseros extrema perditio. Nam forte eodem die quo in Boetiam Mardonii copiæ deletæ sunt: pars Persici exercitus in Asia sub moenibus Mychales nauali proelio dimicabat. Ibi nouus repente rumor utriusq; clas- sis & populi impleuit aures Mardonii extinctas copias: Græcos extitisse uictores. Mira diuini iudicii ordinatio. In Boetia oriente sole bellum fuisse commissum. In Asia meridianis horis sub eadem die: tantis spatiis maris terræq; interiacentibus: nunciatum: cui rumori uel maxime astipulatum est: quod Persas

Naualis
pugna

Mardo-
nius

audita clade sociorum primum dolore dehinc desperatione correptos: nec bello expeditos: nec fugæ habiles reddidit. Atq; ita consternatos profligatosq; cōstantior factus hostis successu fœlicitatis inuasit.

Xerxes Rex a suis occisus est.

Xerxis
mors

x Erxes bello in Græcia infœliciter gesto: cōtemptibilis suis factus per artabanum præfectum suum in regia circūuentus occiditur. O tempora desiderio & recordatione dignissima. O dies illos inoffensæ serenitatis: qui nobis ueluti e tenebris respiciendi proponuntur: quibus breuissimo interuallo de uisceribus unius regni decies nouies centena milia uirorū: tribus proximis regibus: tria bella rapuerunt: ut taceam de infœlicissima tunc Græcia quæ totum hunc: de quo nunc hebescimus: numerum moriendo superauit. Leonides ille clarissimus dux Lacedæmoniorum in bello isto aduersus Xerxem: quod supremū ipsi atq; hostibus fuit: cum sexcentis famosissima illa incitamenta dixisset: prandete: tãq; apud inferos cœnaturi: auxiliariis tamē: quos excedere bello iubebat misericorditer suavit: ut se ad meliora tēpora reseruarent. Ecce cū ille promiserit futura meliora: isti q; asserant meliora præterita: quid aliud colligi datur: utroq; in suis detestante præsentia: nisi aut semp bona esse: sed ingrata: aut nūq; oīno futura meliora? At Romæ: ut ad id tēpus redeā: unde digressus sum: neq; n. interuallo miseriarū ad alios transire cōpellor: sed sicut se quondā efferuescentia mala ubiq; ipsis actibus colligarūt: ita etiam permissa referūtur: nobis quippe cōferre inter se tēpora urbis: nō cuiusq; partis eius laboribus insultare propositum est.

Quod grauis pestilentia Romā inuasit.

Pestilen-
tia

r Omæ ergo post urbem cōditā anno. cc. sexagesimo suspensio ad modicum bello grauis pestilentia: quæ semper ibi raras inducias aut factas intercepit: aut ut fierent coegit: per uniuersam ciuitatē uiolenter incanduit: ut merito præcedente prodigio cœlum ardere uisum sit quando caput gentium tãto morborum igne flagrauit. Nam eo anno Ebutium & Seruiliū ambos consules pestilentia consumpsit: militares copias plurima ex parte confecit: multos nobis præcipueq; plæbem fœda tabe delcuit: quāuis iam superiori etiā quarto anno oborta lues eundem populum depopulata sit.

Post pestilentiam multa & grauia bella sustinuerunt Romani.

Bella

p Roximo dehinc anno ciues exules seruiq; fugitiui duce Herdonio uiro Sabino inuasērunt: incenderuntq; capitolium: ubi fortissime quidē Valerio cōsule & imperatore obstitere iuniores: sed adeo atrox & graue discrimen prælii fuit: ut ipse quoq; consul Valerius ibi fuerit occisus: & indignam de seruis uictoriam insuper etiam sua morte fœdauerit. Sequitur annus in quo coniuncto exercitu consul obsessus est. Nam Minutium consulem congressum prælio equi Volsciq; superarūt: & fugientem in algidum fame: ferroq; cinxerūt: actumq; infœliciter foret ni Quintius Cincinnatus: præcipuus ille dictator artā obsidionē oppresso hoste soluisset: qui repertus ruri ab aratro accersitus ad imperii fasces sumpto honore: instructoq; exercitu: mox uictor effectus iugum bouum equis imposuit: uictoriāq; quasi stiuam tenens subiugatos hostes præ se egit primus. Anno qui ab urbe cōdita proximus trecentesimo fuit: dum legati ad Athenienses propter Solonis leges deferendas missi expectantur: arma

Solonis
leges

LIBER SECVNDVS

Romana fames pestilentiaq; cōpescuit. Ipso aut̄ trecētesimo anno hoc est Olym-
piade nonagesima quinta potestas cōsulum decē uiris tradita cōstituendā; legū
atticā; gratia magnā reipublicæ p̄niciē inuexit. Nā primus ex decē uiris: cedē-
ribus cæteris solus Appius Claudius sibi cōtinuauit imperiū: statimq; aliorū cō- Appius
iuratio subsecuta est: ut more cōtēpto: quo insigne imp̄ii penes unū: potestas aut̄ Claudius
cōis erat: oēs oīa p̄priis libidinibus agitabāt. Itaq; inter cætera: quæ insolentissi-
me cuncti p̄sūmebāt: repēte singuli cū duodenis fascibus cæterisq; imp̄ii insi-
gnibus p̄cesserūt: de nouo improbæ ordinatiōis incepto ablegata religiōe cōsu-
lum emicuit agmen tyrānorū duabus tabulis legū ad decē priores additis: augē-
tesq; insolētissimo fastu plurima: die quo deponere magistratū mos erat: cū iisdē
insignibus p̄cesserūt. Maxima Appii Claudii libido auxit inuidiā: qui ut uirgi-
niæ uirgini stuprū inferret: prius seruitutis cām intulit. Quamobrē adactus uir Virginia
ginius pater dolore libertatis & pudore dedecoris p̄tractam ad seruitutē filiā in
cōspectu populi pius parricida p̄strauit: qua populus necessitate atrocitatis per-
motus: & piculo libertatis admonitus montē auentinū occupauit armatus. Nec
tueri armis libertatē destitit: nisi postq̄ se cōiuratorū cōspiratio, ipsis quoq; hono-
ribus abdicauit. Tertia & quinta post centesimā olympiadē p̄ totū fere annū tā
crebri tāq; etiā graues in Italia terræmotus fuerūt: ut de innumeris quassationib⁹
ac ruinis uillarū oppidorūq; assiduis Roma intus fatigaret̄. Deinde ita iugis &
torrida siccitas fuit: ut p̄sēntis tūc futuriq; anni spem gignēdis terræ fructib⁹
abnegarit. His deniq; t̄pib⁹ cū Fidēnates hostes maximorū auxiliorū manu stipā-
te terribiles Romanis arcib⁹ iminerēt. Aemilius tertio dictator magnā mali mo- Aemili⁹
lem ipsis Fidēnis uix captis depulit: & sanauit: tāta in ipsis erat malorū aiorū cō-
tentio: ut uel domesticæ clades sup̄fusa forinsecus bella oblitterarēt uel post dā-
na belloꝝ inducias relaxatas diuersæ pestes cælo terraq; excādescētes incessabili
infestatiōe corrūperēt.

Quod Sicilia semp̄ fuit nutrix tyrānorū.

Sicilia ab initio patria ciclopū: & post eos semp̄ nutrix tyrannorū fuit. Sicilia
Sæpe etiā captiua seruorū: quorū primi carnibus hominū mediæ cru-
ciatibus: postremi mortibus pascebant̄: excepto eo: quod externis bel-
lis aut p̄æda habebat̄: aut p̄miū. Hæc ut q̄breuissime absoluā: requiē malorū
nisi nūc nescit: imo ut euidētius diuersitates t̄porū declarent̄: sicut antea uel inte-
stinos uel externos tumultus p̄pressa est inter oēs sola semp̄: ita nūc ex oibus sola
nunq̄ patit̄. Nā etiā ut sileā de diuturnitate uel illius calamitatis: qua pressa est:
uel istius ecōtrario qua fruitur pacis. Aetna ipsa: quæ tūc cū excidio urbiū atq;
agrorū crebris eruptionibus æstuabat nunc tm̄ innoxia specie ad p̄æteritorū fidē
fumat. Igit̄ ut p̄ætermittā iterim de tyrānis: quorū mox qui fuit ultor successor
effectus est medio t̄pe: hoc est anno ab urbe cōdita. ccc. xxxv. cū Rhegyni apud Rhegy/
Siciliā discordia laborarēt: ciuitasq; p̄ dissensionē diuisa in duas p̄tes esset: pars ni
una ueteranos ab Himera urbe Siciliae in auxiliū uocauit. Porro illi pulsas ciui-
tate primū his cōtra quos implorabant̄: deinde mox cæsis etiā illis: quibus ad au-
xiliādū cōuenerāt urbē cū cōiugibus & liberis socioꝝ occupauere: ausi facinus Catinen/
nulli tyrāno cōparandū: quippe cū Rhegynis quicquid uis p̄peti satius fuerit: q̄ ses
ut ultro inuitarēt: quib⁹ patriā cōiuges liberos ac penates ipsi extorres ad p̄æ- Syracu/
dam relinquerēt. At etiā Catinenses: cū Syracusanos graues infestosq; paterent̄ san̄i

ab Atheniēſibus auxilia popoſcerūt. Sed Atheniēſes ſuo magis q̄ ſociorū ſtudio
 inſtructā claſſem in Sicilia miſere: cū & ſibi p̄pagare molirent̄ impiū: & Syra-
 Atheniēſes Lacedæ-
 monii, cusanā claſſem nup̄ inſtructā Lacedæmoniis p̄ficere uerent̄. Et qm̄ Athenien-
 ſes: qui miſſi erāt: cælis hoſtib⁹ p̄ſpera initia ſumpſerāt: maiores copias robuſtio
 remq; exercitū cū Lachete & chariade ducib⁹ in Sicilia reduxerūt. Sed Catinē
 ſes belli tedio p̄moti: cū Syracuſanis fœdus ineūt: auxilia Athenienſiū ſpernūt.
 Poſt aut̄ Syracuſanis cōditiōes pacis meditatiōe dñationis trāſgrediētib⁹ denuo
 legatos Athenas mittūt: qui capillo barbaq; ſqualidi: & lugubrib⁹ p̄ānis induti:
 Nicias Lamachus
 Gilipp⁹ miſericordiā atq; auxiliū & ſermone & habitu precarent̄. Igit̄ magna claſſis in-
 ſtruit̄ ducib⁹ Nicia & Lamacho: tātiſq; uiribus Sicilia repetit̄: ut ſuffragia ſua
 & hi timerēt qui impetrauiſſent. Atheniēſes duas ilico pedeſtres pugnas ſecūdis
 ſucceſſib⁹ faciūt: cōfertōſq; in urbe hoſtes: & obiecta claſſe circūdatos terra ma-
 riq; cōcludūt. At Syracuſani fractis feſſiſq; reb⁹ auxiliū a Lacedæmoniis petūt:
 a quib⁹ mox mittit̄ gilippus ſolus qdē: ſed in quo oīum p̄ſidioꝝ inſtar p̄ſe-
 rebat̄: q̄ ueniēs ut audiuit inclinatū iā belli ſtatū: auxiliis p̄tim in Græcia: p̄tim
 in Sicilia cōtractis: opportuna bello loca occupauit. Deinde duob⁹ p̄celiis ui-
 ctus: nec territus: tertio cōgreſſu Lamachū occidit: hoſtes in fugā uertit: ſocios
 obſidiōe liberauit. Hinc Atheniēſes terreſtri p̄celio uicti: expimēta maris ineūt
 & nauali certamine parāt cōgredi: quo cognito gilippus claſſem inſtructā a La-
 cedæmoniis acceſſit: æque Atheniēſes ī locū amiſſi ducis Demothe-
 Demoſthenes Eurymedon
 nes cū ſupplemēto copiarū mittūt. Pelopōneſi quoq; cū multarū urbiū cōſen-
 ſu & decreto ingētia Syracuſanis auxilia miſere. Ita ſub ſpecie ſocialis belli do-
 meſticos motus exequūt̄: & q̄ſi de Græcia trāſlatū certamē ī Sicilia fuerit: ſic ex
 utraq; p̄te ſūmis uirib⁹ dimicat̄. Igit̄ Atheniēſes prima cōgreſſiōe uincunt̄: ca-
 ſtra quoq; cū oī pecunia uel publica uel priuata: & cū uniuerſo inſtructu diutur-
 næ expediōis amittūt. Fractis opib⁹ & in anguſtū redactis ſuadet Demothe-
 nes: dū nōdū oīno res p̄ditæ ſūt q̄tūlibet uideāt̄ afflictæ: domū redeāt: Siciliaq;
 decedāt. Nicias at̄ pudore male geſtarū rerū ab initio deſpator redditus manere
 cōtēdit. Reparāt nauale certamē & mox p̄ inſcitiā ī anguſtias Syracuſani ma-
 ris deducti inſidiis hoſtiū circūueniunt̄. Eurylocus dux primus occidit̄. xi. na-
 ues incēdūt̄. Demotheſes & Nicias claſſem dimittūt q̄ſi tutius terrena expedi-
 tione fugituri: gilippus at̄ primū naues eorū relictas. c. xxx. iuadit. Dehinc ipſos
 fugiētes p̄ſeq̄ aggreſſus capit: ceditq; q̄ plurimos. Demotheſes dedecus ſeruitu-
 tis uolūtaria morte declinat. Nicias uero indignā turpēq; uitā dedecore captiui-
 tatis accumulāt. Igitur Atheniēſes biēnio apud Sicilia nō ſine Lacedæmoniōꝝ
 Alcibiades
 dāno cōſlictati: aliis domi malis circūueniunt̄. Alcibiades. n. dux pridē aduer-
 ſus Syracuſas p̄nūciatus: mox ad iudiciū pro quadā inſimulatiōe detētus uolū-
 tario exilio Lacedæmoniā ſe cōtulit: ipulitq; Spartanos: ut turbatis Atheniēſib⁹
 nouo ruruſum bello inſiſterēt: neq; eis reſpirādi ſpatiū: qm̄ opprimerēt̄ relaxarēt:
 cui incepto ita Græcia oīs aſtipulata eſt quaſi ad cōmune incēdiū reſtinguēdū
 bono publico cōgeſtis uirib⁹ cōſulere. Darius etiā Rex Perſarū memor paterni
 Thiffaphernes
 auitiq; in hāc urbē odii: p̄ Thiffaphernē p̄fectū Lydiæ cū Lacedæmoniis fœ-
 dus paciſcit̄: eiſq; ſumptus belli & copias pollice. Miſ̄ dictu: Atheniēſiū tātas
 ea tēpeſtate opes fuiſſe: ut cū aduerſus eos: hoc eſt aduerſus unā urbē Græciæ:

LIBER SECVNDVS

Asia totiusq; orientis uiribus incursum sit: pugnando saepe nec unquam cedendo consumpti magis uideantur fuisse quam uicti. Principio. n. Alcibiades omnes socios deficere ab his ad Lacedaemonios coegit: sed & ab his quoque per inuidiam insidiis appetit auferre: & ad Thissaphernem in mediam concessit: cui statim accommodato ingenio & apti eloquii gratia familiarior factus: persuadet: ne Lacedaemonios tam profusis opibus adiuuaret: iubet eum potius istius certaminis arbitrum spectatoremque fieri debere: integrasque Lydiae uires aduersus uictorem reseruadas. Quamobrem Thissaphernes parte classis cum aliquanta manu deduci Lacedaemonem iubet: ne uel abundantes suffragiis: alieno tuti periculo dimicarent: uel in totum destituti: susceptum certamen omitterent.

Discordia Atheniensium: & bella grauiora.

a Pud Athenienses uero cum diu domestica discordia agerentur: imminente Atheniense periculo summa impii ad senatum populi uoluntate transferretur. Quippe odio Atheniense discordiae nutriuntur. At ubi necessitas incubuit postpositis priuatis causis atque odiis in communi consulti. Sed hoc ipsum cum propter insitam genti superbiam & tyrannicas libidines perniciosis foret: tandem Alcibiades exul ab exercitu reuocatur: & dux classis constituitur. Quo coperto principes primo Spartanis urbem perdere moliti sunt: deinde cum id frustra cogitassent: in exilium sponte cesserunt. Igitur Alcibiades prius liberata classem in hostes dirigit. Commisso proelio uictoriam Athenienses capessunt. Porro aut maior pars. Spartani exercitus caesa: duces quoque pene omnes interfecti & .lxxx. naues captae absque his quae in conflictu incensa demersaque perierunt. Rursus bellum in terram translatum Spartanis aequo infeliciter cessit: quibus rebus fracti Lacedaemonii petiere pacem: nec tamen impetrare potuerunt. Praeterea Syracusana praesidia in Sicilia audita Carthaginensis belli infestatione reuocata sunt. Quamobrem Alcibiades classe uentrici totam Asiam peragat: bellis incendiis caedibusque rapit: sternitque omnia. Urbes quae dudum a societate defecerant capit: recipitque quam plurimas. Sic Alcibiades magni nominis factus Athenas cum admiratione & gaudio omnium uictor ingreditur. Paruo post iter uallo auget uires: exercitum classemque numero peruenit: rursusque Asiam petit. Lacedaemonii uero Lyfandrum ducem classi belloque praeficiunt: Cyrus autem frater Darii in locum Thissaphernis Ioniae Lydiaeque praepositus magnis eos opibus auxiliisque confirmat. Lyfander itaque Alcibiadis exercitum praedae intentum ac per hoc ubique dispersum ac uagum repente incursum opprimit: sine conflictu aliquo uincit: caeditque fugientes. Magna haec clades Atheniensibus: & multo atrocius uulnus: quam dudum inflixerant: susceperunt: quo coperto Athenienses: opinati sunt Alcibiadem antiquum exilii sui dolorem: isto scelere perditionis uindicare curasse: ideoque in locum eius Cononem constituunt: cui residuam manum & summam belli committunt: qui supplere saltem numero exhaustas copias uolens senes & pueros legit: exercitumque conscripsit. Sed huiusmodi manus moram bello non attulit: quippe quod robore: non numero confici solet. Itaque statim imbellis manus uel capta uel caesa est: tantaque strages occisorum illo proelio facta: ut deletum non solum regnum: sed etiam nomen Atheniensium uideretur. At illi desperatis rebus statuunt urbem peregrinis dare: ut qui per totam Asiam pauloante dominati sunt: nunc ex hac colluue muros saltem libertatemque tueantur: & quis uel suo iudicio ad haec tuenda etiam obiectis muris non sufficiat: iterum tamen experiri nauale proelium parat. Exprobrans consilii furor dolorem uirtutem putat: quantumque meditat' ira: tamen permittit audacia. Itaque omnibus partim captis: partim interfectis de ipsis quoque reliquiis nihil reliqui factum est.

Atheniense
discordia

Alcibiadis reditus

Conon

PAVLI OROSII

Euago/
ras

Athena/
rū expu/
gnatio

Tyranni
.xxx.

Thraſy/
bulus

Solus dux Conon ſupſtes bello & populo: timens ciuiū crudelitātē ad Cyrū re/
gem cōceſſit. Euagoras autē dux Lacedæmonioꝝ adeptis oībus ciuitatibus nihil
Athenienſibus præter inanē urbē reliquit: nec hoc diu: nā & ipſam urbē poſtea
obſidione circūdedit. Augebat intrinſecus fames: deſolatio: & morbus obſeſſos.
Et cum poſt oīa miſeriaꝝ abominamenta: quæ etiā dicere horroris eſt: nihil ſpei
præteritæ præter mortē occurreret: pacē petiuere. Magna hinc inter Spartanos
& ſocios fuit deliberatio: & cū plurimi inquietiſſimā ciuitatē ſternendā ſolo: po/
pulūq; inſeſtiſſimū cū ipſo noīe abolendū pronunciarēt: Spartani negauerūt ſe
p̄miſſuros: niſi ut e duobus Græciæ oculis unus erueretur: inſup etiā pacē pro/
miſerūt: ſi Pyræi portus ducētia in urbē munimina uerterētur: nauēſq; reliquas
ultra traderēt. Huic cōditioni addictis & ſuccūbentibus: Lacedæmonii Lyſan/
drū ad cōponēdas in urbe parendi leges cōſtituerūt. Inſignis hic annus & expu/
gnatione Athenarū: & morte Darii Perſarū regis: & exilio Dionyſii Siciliae tyrā/
ni fuit. Igit̄ .xxx. rectores Athenienſibus ordinati. xxx. tyrāni exoriunt̄: qui pri/
mo ſe tribus. M. Satellitū ſtipant: mox etiā. dcc. milites uictoris exercitus lateri/
bus ſuis circūponūt: cædē omniū paſſim futurā: occiſo Alcibiade auſpicantur:
qui fugiens in itinere clauſus cubiculo uiuus incenſus eſt: quo interfecto: ultore
quaſi ſublato: ſecuri miſeras urbis reliquias cædibus rapinīſq; exhauriūt. Thera/
menē quoq; unū ex numero ſuo: cui hæc diſplicere ſenſerūt: in exēplūq; reliquo/
rū trucidant. Itaq; oēs paſſim ex urbe diffugiūt ſed interdīctū Lacedæmonioꝝ:
cū p̄ totā Græciā exulibꝰ negaret̄ hoſpitiū: oēs ſe ad argos ac thebas cōtulerūt:
ubi ita hoſpitalitatis obſeꝰo freti ſunt: ut nō ſolū dolorē amiſſæ patriæ lenirent:
uerꝰ etiā ſpē recupandæ meditarent̄. Erat inter exules Thraſybulus uir ſtrenuꝰ:
& generis nobilitate inter ſuos clarus: qui auct̄or audēdi pro p̄ria fuit. Itaq; ca/
ſtellū philenē Atticoꝝ finiū collecti exules capiūt: multarūq; ciuitatū opibꝰ ad/
iuti uires capeſſunt q̄bus quoq; Lyſias Syracuſanus orator: quaſi in auxiliū ur/
bis quæ eſſet p̄ria cōis eloquētia. d. milites cū ſtipēdiis ſuis miſit: atrox id præ/
lium fuit: ſed his pro p̄ria: pro libertate: illis pro aliena dñatione certātibus aiōꝝ
atq; cauſarū ipſa quoq; tulit pugna iudiciū: nam uicti tyrāni in urbē refugerūt:
oēsq; quos ex Athenienſibus prius ſibi Satellites legerāt tūc ſuſpectos p̄ditionis
ab urbis cuſtodia remouerūt. Thraſybulū quoq; ipſum tentare corruptiōe auſi
ſunt: quod ubi fruſtra ſpatū eſt: accerſitis a Lacedæmonia auxiliis: rurfus in bel/
lum ruūt: ubi duo ſæuiſſimi omniū lōge tyrānoꝝ trucidant̄. Cæteros uictos &
in fugā uerſos: Thraſybulus ubi uel maxie Athenienſes eſſe intelligit clamore cō/
ſequit̄: orōne retinet: precibꝰ ligat: p̄ponēs ante oculos eoꝝ: quos fugere uel ad/
quos refugere uellent: ſibi aduerſus. xxx. dños: nō aduerſus ciues miſeros bellū
eſſe ſuſceptū. Quin potiꝰ: oēs q̄ ſe meminerit eſſe Athenienſes ſeq̄ oportere Athe/
niēſiū libertatis ultores. Itaq; hæc exhortatio tm̄ apud eos ualuit: ut mox reuerſi
in ciuitatē tyrānos arce decedere atq; Eleuſin emigrare cōpulerit: q̄ poſtq̄ i ſocie/
tatē urbis ciues ſuos eatenꝰ exules exceperūt tyrānos i bellū emulatiōe ſuſcitāt:
q̄bꝰ libertas alioꝝ q̄ſi ipſoꝝ ſeruitꝰ uidebat̄. Tūc indicta pugna cū prius q̄ſi ad/
colloquiū cōuenirēt circūuēti iſidiis ueluti pacis uictimæ trucidāt̄. Ita reuocati
in unū poſt inexplebiles magnorū lachrymas gaudioꝝ hæc p̄riæ fūdamina recu/
patae libertatis iſtaurāt: p̄poſita iuriſiurādi cōteſtatiōe: uti diſcordiæ aiōſitateſq;

LIBER SECVNDVS

præterite in obliuionem perpetuam atq; in immortale silentium deducantur. Quod pactiois genus quasi nouã uitæ institutionem nouãq; fœlicitatem status sui informantes amnestiã uocauerunt idest abolitionẽ malorũ. Sapiientissima fuit hæc Atheniensiuũ præsertim post tanta miseriæ documenta prouisio: si quo pacto res humanæ manente cõsensu hominũ ut ordinantur: ualerent. Sed adeo hoc idẽ placitum inter ipsa pene placiti uerba corruptũ est: ut uix intercedente biennio. Socrates ille clarissimus philosophorũ: adactus malis: ueneno sibi apud eos uitam extorserit. Deinde uix .xl. annis interuenientibus: ut alia silcam iidem Atheniẽses adẽpta sibi penitus libertate sub Philippo Macedonũ rege seruerit.

Per concordiam res minimas crescere: & per discordiam labi maximas.

u Erũtamen sapientissimi omniũ Athenienses: etiam suis malis satis docti: concordia minimas res crescere: discordia maximas labi cunctaq; uel bona uel etiam mala: quæ foris geruntur: internis esse radicata & emissa principiis: domi abstersere odia: & foris bella presserũt: reliquerũtq; posteris suis de ruina sua exemplũ: de reparatione consiliũ: si tamen ob infirmissimã humanæ mentis mutabilitatẽ: quod in afflictis rebus cõsultitur: in prosperis seruaretur. Iisdem fere diebus bellum ciuile: imo etiam plus q̃ ciuile uix parricidio terminatũ apud Persas gerebatur: mortuo enim rege Dario: cũ Artaxerxes & Cyrus filii eius de regno ambigerent: tandẽ magnis apparatibus magnis prouinciæ ac populorũ ruinis est utrinq; certatum: in quo conflictu cum e diuerso cõcurrentes sibi ambo fratres mutuo casus obiectauisset: prior Artaxerxes uul- Artaxer
neratus a fratre equi uelocitate morti exemptus euasit. Cyrus aut̃ mox a cohor- ces
te regia oppressus finẽ certamini dedit. Artaxerxes ergo & præda fraternæ ex- Cyrus
peditionis & exercitu potitus: potestatem regni parricidio firmavit: sic uniuersa Asia atq; Europa partim in se singulæ: partim inter se inuicẽ funeribus & flagitiis permiscebãtur. Ecce paruissima pagina uerbisq; paucissimis q̃tos de tot prouinciis: populis atq; urbibus non magis explicui actus operũ q̃ implicui globos miseriæ. Quis enim cladem illius temporis: quis fando funera explicet: aut æquare lachrymis posset dolores? Verũtamẽ hæc ipsa: quia multo interiectu sæculorum exoleuerunt: facta sunt nobis exercitia ingeniorũ: & oblectamenta fabularum: quanq̃ siquis intentius adhibebat animum seseq; toto mentis affectu ipsis pene causis bellisq; permisceat: ac rursus ueluti in arce spectaculi cõstitutus utrunq; in suis qualitatibus tempus permetiatur: facile dixerim eum iudicaturum neq; illa nisi irato atq; auersato deo posse tam infœliciter perturbari: ac permisceri: neq; ista sic nisi propitio & miserante componi. His deinde temporibus grauissimo motu terræ concussa Sicilia insuper & æstuantibus ætnæ montis ignibus fauillisq; grandibus & calidis cum detrimento plurimo agrorum uillarumq; uastata est. Tunc etiam Athalente ciuitas Locris adhærens terræ contigua repentino maris impetu abscissa atq; in insulam desolata est. Atheniensium quoq; miserabiles reliquias pestis inuasit: diuq; populata est.

De bellis Romanorum.

a Nno ab urbe condita. ccclv. obsidio Veiorum. x. continuis annis obsessores magis q̃ obsessos detriuit. Nam Romani repentinis sæpe hostium eruptionibus comminuti: præterea in hibernis bella sortiti: hyemare sub

Roma
capta

pellibus: postremum famem ac frigus in conspectu hostium perpeti coacti sunt. Urbem nouissime sine ullo digno Romanæ uirtutis testimonio cuniculis & clā destina obreptione cæperunt. Hanc utilem magis q̄ nobilem uictoriam: primo dictatoris Camilli: qui eā de Veientibus patrauit: exilium: dehinc irruptio Gal/lorum: & incendium urbis insequitur: cui cladi audeat quisquā: si potest aliquos motus temporis huius comparare: quāuis non æque pendeat præteriti mali fa/bulam præsentis iniuria. Igitur Galli senones duce brēno exercitu copioso & ro/busto nimis: cum urbē clusiam: quæ nunc Dusia dicitur: obsiderēt: legatos Ro/manorum: qui tunc componendæ inter eos pacis gratia uenerant: in acie aduer/sum se uiderunt pugnantes: qua indignatione permoti clusini: oppidi obsidione dimissa: totis uiribus Romā contendunt. Hos ita ruentes Fabius cum exercitu consul excæpit: nec tamen obstitit: imo potius hostilis ille impetus quasi aridam segetem succidit: strauit & transit. Testatur hāc Fabii cladem fluuius allia: sicut cremera Fabiorū. Non enim facile aliquis similem ruinam Romanæ militiæ re/censeret: etiā si Roma insuperincensa non esset: patentem Galli urbem penetrāt: trucidant rigentes simulacroꝝ modo in suis ædibus senatores: eosq; incendio do/morum crematos lapsu culminum suorum sepeliunt. Vniuersam reliquā iuuen/tutem: quā constat uix mille hominum tunc fuisse in arce capitolini montis la/titantē obsidione concludunt. Ibiq; infœlices reliquias fame: peste: desperatione: formidine terunt: subigunt: uendunt. Nam mille libris auri discessionis precium paciscuntur: non q̄ apud Gallos Roma parui nominis fuit: sed q̄ illam sic iam ante detriuerant: ut amplius tunc ualere non posset. Exeuntibus Gallis remanse/rat in illo quondā urbis ambitu informiū ruinarū obscena congeries: & undiq; per impedita errantiū: & inter sua ignotoꝝ offensa uocis imago: respōdentis tre/pidos suspendebat auditus: horrore quatiebat animos: silentioq; ipso terrebat. Siquidē materia pauoris est raritas ipsa uocis. Hinc illis mutare sedes: aliud in/colere oppidum: altero etiā censerī nomine cogitatum placitum atq; tentatū est. En tempora: quorū comparatione præsentia ponderantur: en quibus recordatio suspirat: en quæ incutiūt de eiecta: uel potius de neglecta religione pœnitentiā. Re uera pares sunt & cōferuntur inter se hæ duæ captiuitates. Illa sex mensibus defæuiens: & tribus diebus ista transcurrens. Galli extincto populo: urbe deleta: ipsius quoq; Romæ nomen in extremis cineribus persequentes: & Gothi relicta intentione prædandi ad confugia salutis: hoc est sanctorū locoꝝ agmina ignara cogentes. Ibi uix quenq; inuentum senatorem: qui uel absens euaserit. Hic uix quenq; requiri: qui forte uel latens perierit recte sane potest comparari. Hunc fuisse ibi senatorum numerū: qui fuerit perditorum. Plane quod re proditur fa/tendum est: in hac clade præsentis plus deum sæuisse: homines minus. Tum per/agendo ipse: quod illi non impleuissent: cur eos miserit demonstraui: quippe cū supra humanas uires esset incendere Aeneas trabes: & subruere magnarum mo/les structurarum: ictu fulminum folum cum imaginibus uanis: quæ supersti/tione miserabili: uel deum uel hominē mentiuntur abiectum est. Horumq; om/nium abominatorum quod imissa per hostem flamma non adiit: missus e cælo ignis euertit. Et quoniā uber dicendi materia est: quæ nequaquā hoc cōcludi libro potest hic præsentis uoluminis finis sit: ut in subsequētibus cætera psequamur.



VT in superiori iam libro cōtestatus sum: etiam nunc necessa-
rie repeto secundum præceptum tuum de antea actis cōflicta-
tionibus sæculi: & me nec omnia posse quæ gesta sunt: & si-
cut gesta sunt explicare: quoniam magna atq; innumera co-
piosissime a plurimis scripta sunt. Scriptores autem etsi non
easdem causas: easdem tamen res habuere propositas: quippe
cum illi bella: nos belloꝝ miseras euoluamus. Præterea ex hac ipsa de qua quæ-
ror: abundanti angustia oritur mihi: & concludit me sollicitudo Nodosior. Si
enim aliqua studio breuitatis omitto: putabuntur aut mihi nunc defuisse: aut in
illo tunc tempore non fuisse. Si uero significare cuncta: nec exprimere studens
cōpendiosa breuitate succingo obscura faciam: & ita apud plærosq; erūt dubia:
ut nec dicta uideantur maxime: cum econtrario nos uim rerum: non imaginem
commendare curemus. Breuitas autem atq; obscuritas: immo ut est semper ob-
scura breuitas: etsi cognoscendi imaginem præfert: aufert tamen intelligendi ui-
gorem. Sed ego cum utrunq; uitandum sciam: utrunq; faciã: ut quocūq; modo
alterutra temperentur: nec multa prætermissa: nec multum cōstricta uideantur.

Quomodo Galli Romam incenderunt.

a Nno ab urbe cōdita. ccc. lxxiii. quem annum sicut grauissimum pro-
pter ignoratam sibi captiuitatem Roma præsensit: ita magnificū pro-
pter insolitam pacem Græcia habuit. Eo siquidem tempore quo Galli Romam
captam incensamq; tenuerunt ac uendiderunt: Artaxerxes Rex Persarum disce-
dere ab armis & quiescere in pace uniuersam Græciam per legatos præcepit: de-
nunciando contradicte pacis bello impetendum: quæ ita iubentem potuissent
uti Græci tam constanter contemnere: q̄ fortiter sæpe uicerunt: nisi porrectam
undecūq; occasionem: quã auide desiderauerant tam libenter hausissent. Osten-
derunt enim q̄ ægre & misere illa eatenus gesserint: quæ tã facile indigna etiam
conditione deposuerūt. Nam quid tam indignum liberis & fortibus uiris q̄ lon-
ge remoti: sæpe etiam uicti hostis: & deinde minitantis imperio arma deponere:
paciq; seruire: si non ipso tantū annunciatae pacis sono per corda cunctoꝝ ægra
belli tabuisset intentio: & post diuturnas laborum uigilias oscitantes ac stupefa-
ctos quies inopinata laxasset: prius q̄ ipsam quietem uoluntas pacta cōponeret?
Vnde autem tanta fatigatio omniū per totam Græciam populorum corda cor-
poraq; oppresserit: quæ efferos animos ignoto acquiescere ocio tam facile per-
suasit: q̄ breuissime ostendam. Lacedæmonii utpote homines & Græci homines:
quo plura habebant: eo ampliora cupientes: postq̄ auxilio Atheniensium potiti
sunt: uniuersam Asiam spe dominationis hauserunt. Itaq; toto orienti bellū mo-
uentes Hircilidem ducem in hanc militiam legunt: qui cum sibi aduersus duos
potentissimos Artaxerxis Persarum regis præfectos Pharnabazum & Thissaphernem
pugnam dum uideret: prouiso ad tempus consilio: ut pondus gemi-
næ congressionis eluderet: denunciato bello unum appetit: alterum pacta pace
suspendit. Pharnabazus: Thissaphernem apud Artaxerxem communem tunc
regem defert: ut proditorem præsertim qui cum hoste belli tempore de foede-
ris conditione pepegisset: hortaturq; regem ut in locum eius Cononem Athe-
niensem uirum: qui tunc forte apud Cyprum exulabat: ducem nauali bello

Artaxer-
xes

Hircili-
des
Pharna-
bazus
Thissa-
phernes
Conon

cōstituat. Accēptis igitur quingentis argenti talentis conon per pharnabazum
 euocatur: classiq; præficitur: quibus cōpertis Lacedæmonii & ipsi auxilia naua/
 lis belli a rege Aegypti Hercinione per legatos petūt: a quo centū instructas tri
 remes & sexcenta millia modia frumenti accēperunt: a sociis etiam undiq; ma
 gna contraxere subsidia. Cui militiæ cōsensu omniū Agesilaum ducem decreue
 runt: uirū pede claudum: sed qui in difficillimo reꝝ statu mallent sibi regē clau
 dicare q̄ regnū: raro nūq̄ ita pares omni industria duces in unū coiere bellum:
 qui acerbissimis inuicem præliis fatigati: & multo sanguine obliti: uelut inuicti
 ab alterutro recesserūt. Igitur Conon accēpto iteꝝ a rege Persæ magno stipen
 dio: reuersus ad classē inuadit hostiles agros: turres: castella: cæteraq; præsidia
 expugnat: & ueluti effusa tēpestas quacūq; incumbit: cuncta p̄sternit. Lacedæ/
 monii uero domesticis malis circunuenti: externis inhiare desistunt: abiiciuntq;
 spem dominationis: imminente periculo seruitutis. Agesilaum autē: quē cum exer
 citu in Asiam miserant: ad subsidiū patriæ reuocāt. Interea Lysander dux apud
 Spartā per Agesilaum regē relictus maximā munitamq; classē tunc instruxe
 rat: motus æmulatione uirtutis Agesilai: ut illo pedestrē expeditionem agitāte:
 ipse quoq; nauali discursu ora maritima puagaretur. Conon uero suscepto omni
 negotio: duplicē curā impendebat: debens sociis sollicitudinē: patriæ fidem: ut
 huic exhiberet naturā illis præberet industriā: in hoc propensior ciuibus: quod
 quieti libertatiq; eorū alicui sanguinis discrimen impenderet: pugnare aduersus
 insolentissimos hostes piculo regis: præmio patriæ. Conserūt itaq; nauale certa
 men Persæ Conone: & Spartani Lysandro duce: milites & remiges ipsiq; ducto
 res uno pariter in mutuā cædē ardore rapiuntur. Magnitudine atq; atrocitate
 belli istius inclinatus ex hoc semper est in posterū Lacedæmoniorū status: prona
 nāq; ex illo fluere ac sublapsa retro referri spes Spartanorū uisa: donec assurgen
 do ægre ac misere recidendo cōfecta & potestate careret & noīe. Atheniensibus
 uero hæc eadē pugna initiū recupandæ potentiæ: sicut Lacedæmoniis amitten
 dæ fuit. Primi igitur Thebani auxilio Atheniensium fulti superiore clade saucios ac
 trepidos aggrediunt: multa animati fiducia p̄pter uirtutē & industriā Epami
 nūdæ ducis sui: cū quo sibi facile obtinere posse iperū totiꝝ Græciæ uidebant.
 Fit itaq; terrestre præliū Thebanis minimo negotio uincētibus. Vincitur enim
 etiā hoc conflictu Lysander & occiditur. Pausanias quoq; dux alter Lacedæmo
 niorum insimulatus prodicionis in exiliū truditur. Thebani autē uictoria potiti:
 collecta uniuersi exercitus manu Spartā contendunt: putantes se uacuā ciuitatē
 præsidio: nullo intraturos negotio: cuius iam oēs pene copias cū ipso rege de
 lessent: atq; ab oībus sociis destitutos uiderent: Lacedæmonii periculo ciuitatis
 impulsī: habito inexercitati militis qualecūq; delectu obuiā hosti procedūt. Sed
 uictis semel aduersus uictores obsistēdi nec uirtus nec animus erat. Cum igitur
 cædes unius tantū pene partis ageretur: repēte rex Agesilaus accersitus ex Asia
 improuisus bello supuenit: Thebanosq; iam successu duplicis uictoriæ lætiores:
 segnioresq; aggreditur: nec difficile superat: maxime cū adhuc apud ipsum pene
 integræ uires haberentur. Ipse tamē Agesilaus grauiter uulneratus est. At uero
 Athenienses cū cōperissent insperata Lacedæmonios uictoria subleuatos pristi
 næ seruitutis: de qua tūc respirare uix cœperāt: trepidi metu exercitū cōtrahūt:

Agesilaus

Lysander

Nauale
bellumEpami
nudasPausa
nias

LIBER TERTIVS

eumq; Boetiis in auxiliū adiungūt: cōmissū Iphicratis ducis: qui adolescēs ad
 modū uix dum uiginti annos natus: infirmitatē aetatis maturitate animi nutrie
 bat. Conon quoq; uir quidē Atheniensis: dux autē Perfici exercitus audito Agefi
 lai reditu: ad populādos Lacedaemoniorū agros reuertitur. Ita Spartani exercitu
 circūsonātiū undiq; hostium clausi atq; exterriti ultima p̄p̄modū desperatione
 tabuerunt. Sed Conon postq̄ uasta hostilis soli populatione satiatus est: Athenas
 pergit in maximo gaudio ciuiū: ipse quippe tristis cū uideret urbē populo quō
 dam cultuq; ornatissimā: tūc miserabili ruinae ac desolationis squalore cōfectā.
 Itaq; magnū pietatis miserationisq; monumentū in reparationē eius opatus est.
 Nāq; eam a Lacedaemoniis exinanitā Lacedaemoniorū praesidiis repleuit. Persis
 incendētibus cōcrematā: Persis aedificātib; reformauit. Interca Artaxerxes rex
 Persarū: sicut in principio dictū est: uniuersis gratiā populis p̄legatos: ut ab ar
 mis discederēt: & paci acquiescerēt impauit: non q̄ misericorditer fessis cōsuleret:
 sed ne illo in Aegypto bellis occupato aliqua in regnum suū tentaretur irruptio
 Cunctis igitur Græcis optatissima quiete resolutis: domesticoq; ocio torpētibus
 Lacedaemonii inquieti magisq; strenui: & furore potius qui uirtute intollerabiles
 post bella deposita tentāt furta belloꝝ. Nam speculati absentia archadū castellū
 eorū repētina irruptione pfugiūt. Archades uero excitati iniuria iuncto sibi The
 banorū auxilio amisso furto bellū repetunt. In eo praelio Archedamus dux Lace
 daemoniorū uulneratus: cū etiā cadi suos uictos uideret: occisorū corpora p̄ pra
 conē ad sepulturā poposcit: quod signū uictoriae traditae inter Græcos hñi solet. Archeda
mus
 Thebani autē hac cōfessione cōtenti: dato parcendi signo: finē dedere certamini.
 Paucis deinde interueniētibus induciaꝝ diebus: Lacedaemonii ad alia bella con
 uersis Thebani cū Epaminunda duce de inuadenda Lacedaemonia quasi secura
 & destituta cepere fiducia. Taciti intempesta nocte Lacedaemonē ueniūt: sed nō
 ita incautā uel indefensam: ut rebantur: offendūt. Armati enim senes cū reliqua
 turba imbellis aetatis: praecognito aduentu hostiū: in ipsis se portarum angustiis
 obiecerūt: & aduersus quādecim millia militū uix centū confecti æuo hoīes pru
 perunt. His itaq; tantā belli molem sustinentibus: iuuentus supueniens cōgredi
 aduersus Thebanos aperto certamine incunctanter decreuit. Cōmissio praelio cū
 Lacedaemonii uincunt: repente Epaminūdas dux Thebanorū incautius dimicās
 uulnerat: qua re dum his ex dolore metus: illis ex gaudio stupor nascitur: ueluti
 ex cōsensu tacito utrinq; discessum est. Epaminūdas autē grauius sauiatus cum
 de uictoria suorū cōperisset: scutūq; deosculatus esset: remota manu qua uulnus Epami
nundæ
 occluserat: egressu sanguinis ad mortē patefecit introitū: cuius mortē sic Theba
 norum pditio subsequuta est: ut nō pdidisse ducē: sed ipsi cū eo tunc periisse uide mors
 rentur. Cōtextui indigestae historiae: inextricabilem cladē atq; incertos belloꝝ or
 bes huc atq; illuc lymphatico furore gestorū uerbis euestigio secutus implicui:
 quoniā tāto ut uideo inordinatius scripsi q̄to magis ordinē custodiui. Improba
 dominādi Lacedaemoniorū cupiditas: q̄tis populis: qualibus urbibus: q̄bus puin
 ciis: cuiusmodi odioꝝ motus: q̄tas causas certaminū suscitauit: quis uel numero
 uel ordine: uel rōne disponat: cum ipsi quoq; non plus afflicti bellis q̄ belloꝝ cō
 fusione referant. Siquidē tracto per aliquot aetates cōtinuo hoc bello Athenien
 ses: Lacedaemonii: Archades: Boetii: Thebani: postremo Græcia: Asia: Persis atq;

Aegyptiis cum Libya: insulisque maximis nauales simul pedestresque cōflictus in discretis egere discursibus: referre cæsa hominū milia nō possem: etiā si bella numerarem. At nunc increpet hæc tēpora: atque illa collaudet quicumque nescit hosce omnes istarū urbiū prouinciarūque populos. Ita nunc in solis ludis ac theatris cōfenscere: sicuti tūc in castris maxime proeliisque tabuisse: florentissima illa & totius tunc imperium orientis affectans Lacedæmoniorū ciuitas uix centū habere potuit senes: ita incessabilibus circūuenta malis immaturas expendebat misere ætates. Et quærunt nunc homines: quorū refertæ pueris & senibus ciuitates secura iuuenū peregrinatione ditantur: pacificisque exercitiis stipendia domestica uoluptatis acquirunt: nisi forte ut assolent humanæ mutabilitati sordere omni præsentia nouitate rerū actu audituque prurientibus etiā ipsa uita fastidio est.

Terræmotus in Achaia aliquando factus.

Terræ/
motus

a Nno ab urbe cōdita. ccc. lxxvi. saeuissimo terræmotu Achaia uniuersa cōcussa est: & duæ tūc ciuitates: idest Ehora & Helice abruptis locorum hiatibus deuoratae. At ego nunc econtrario poterā similia in diebus nostris apud Constantinopolim æque modo principem gentiū: prædicta & facta: sed non perfecta narrare: cum post terribilem denunciationē consciāque mali sui conscientia subter cōmota: funditus terra tremere: & desuper fusa celitus flamma penderet: donec oratione Archadii principis & populi christiani: præsentem perditionē deus exoratus auerteret: probans se solum esse & conseruatorē humilium: & punitorem malorū. Sed hæc ut cōmemorata sint magis quā explicata: uerendia concesserim: ut & qui scit recolat: & qui nescit inquirat. Interea Romani: qui per. lxx. annos ab urbe Volscorū: præterea phaliscorū: equorū & sutrinorum subacti & attriti assiduis bellis conficiebant: tandē in superscriptis diebus Cāmillo duce cepere easdem ciuitates: & rediuiuo finem dedere certamini. Prænestinos autem eodem tempore: qui usque ad portam Romæ bellando & cecidendo uenerant: ad flumen alliam Tito Quintio pugnante uicerunt.

Dicit Romam graui pestilentia laborasse.

Pestilētia

a Nno ab urbe cōdita. ccc. lxxxiiii. Lutio Genutio & Quinto Scruilio consulibus ingens uniuersam Romā pestilentia corripuit. Non ut assolet plus minusue solito tempore turbata tēperies: hoc est aut intēpestiua siccitas hyemis: aut repentinus calor ueris: aut incōgruus humor æstatis: uel autūni diuitis indigesta illecebra: insuper etiā expirata de calabris saltibus aura corrūpens: repentinos acutarū infirmitatū afferre transcursus: sed grauis & diuturna: quæ in nullo dispar sexu: in nulla dissimilis ætate generaliter cunctos per biennium iugiter tabe cōfecit: ut etiā quos non egit in mortē: turpi macie exinantos afflictosque dimiserit. Conquerentur hoc: ut arbitror loco obtrectatores temporis christiani: si forte silentio præterierim: quibus tunc cærimoniis Romani placauerint deos: & sedauerint morbos. Cum pestilētia indies crudesceret: auctores suasere pontifices: ut ludi scænici diis expetentibus ederentur: & ita pro depellenda tpali peste corporū accersitus est perpetuus morbus animorū. Vber nūc quidē mihi locus iste doloris atque increpationis est: sed in quo iā reuerentia tua studiū sapientiæ & ueritatis exercuit: mihi sup eo audere fas nō est. Cōmonuisse me satis sit & ex quolibet intentione lectorē ad illius lectionis plenitudinē remisisse.

Ludi scæ/
nici

LIBER TERTIVS

Marcus Curtius se præcipitio dedit.

f Equitur hâc miserâ lucē: miseriorēq; eius expiationē p̄ximo anno sa- Marcus
tis triste p̄digiū. Repēte siquē medio urbis terra dissiluit: uastoq; præ Curtius
ruptu hiātia subito interna patuerūt. Manebat diu ad spectaculū terrorēq; cun-
ctoꝝ patienti uoragine impudēs specus: nefariāq; uiui hoīs sepulturā diis inter-
prætibus expectabat. Satisfecit improbis faucibus præcipitio sui Marcus Cur-
tius: uir eques armatus: iniicitq; crudeli terræ inopinatā satietatē: cui parē esset:
q; ex tātâ pestilentia mortuos p̄ sepulchra suscipet: nisi etiā uiuos scissa sorberet.

Vbi regnum Macedonum: & ubi natus est Alexander.

a Nno ab urbe cōdita. ccc. lxxxviii. iteꝝ terribilis Galloꝝ inūdatio iu-
xta anienē fluuiū ad quartū ab urbe lapidē cōsedit: facile sine dubio
pondere multitudinis & alacritate uirtutis perturbatā occupatura ciuitatē: nisi
ocio & lentitudine torpuisset. Vbi atrocissimā pugnā Mālius Torquatus singu- Mālius
lariter inchoauit. Titus Q uintius dictator cruentissima cōgressione cōfecit: su- Torq̄tus
gati ex hoc prælio plurimī Galli: instauratis iteꝝ copiis in bellū ruentes: a Gaio
Sulpitio dictatore superati sunt. Post paululū quoq; Thuscoꝝ pugna sub Gaio
Martio consecuta est: ubi conici datur: q̄ta hominū multitudo cæsa sit: q̄n octo
.M. sunt capta Thuscoꝝ. Tertio aut̄ in iisdē diebus Galli se in prædā p̄ mariti-
ma loca: subiectosq; cāpos Albanis mōtib⁹ diffuderūt: aduersum quos nouo mi-
litū delectu habito: cōscriptisq; legionibus decē. lx. milia Romanoꝝ: negatis sibi
auxiliis Latinoꝝ p̄cesserūt. Cōfecit hâc pugnā Marcus Valerius: auxiliāte cor-
uo alite: unde postea Coruinus est dictus. Occiso. n. puocatore Gallo: hostes ter- Coruin⁹
riti: sparsimq; fugiētes grauiter trucidati sunt. Numerandū etiā inter cætera ma-
la censeo primū illud ictū cū Carthaginensibus fœdus: quod iisdē tpibus fuit:
præsertim ex quo tā grauiā orta sunt mala: ut ex hinc cœpisse uideant̄. Anno si-
quidē ab urbe cōdita quadringētesimo secūdo legati a Carthagine Romā missi
sunt: fœdusq; pepigerūt. Quā ex ingressu Carthaginensiu in Italiā maloꝝ gra- Carthagi-
uedinem secuturam: cōtinuarūq; miseriaꝝ tenebras iuges historiaꝝ fides: locoꝝ nenies
infamia: & abominatio dieꝝ quibus ea gesta sunt protestantur. Tunc etiā mox
usq; ad plurimā diei partē tendi uisa est: & saxea de nubibus grando descendens Alexan-
ueris terrā lapidibus uerberauit. Quibus diebus etiam Alexāder magnus: ma- der ma-
gnus uere ille gurges miseriaꝝ atq; atrocissimus turbo totius orientis est natus. gnus

Artaxerxes Iudæos captiuos ducit.

Vm etiā Ochus qui & Artaxerxes: post trāsactū ī Aegypto maximū
diuturnūq; bellū: plurimos Iudæoꝝ ī trāsmigrationē egit: atq; ī Hyr- Iudæoꝝ
cania ad Caspiū mare habitare præcepit: quos ibi usq; in hodiernū diē amplissi transmi-
mis generis sui incremētis extat cōsistere: atq; exinde q̄nq; erupturos opinio est: gratio
cuius etiā belli tēpestatē transcurrens: & Sidona opulentissimā phœnicis puin-
ciæ urbē deleuit: & Aegyptū quā prius uictus tūc tñ subactā: cōminutāq; ferro
Persæ subiecit impio. Iam hinc statim a Romanis aduersus Sānitas gentē opi-
bus armisq; ualidā pro cāpanis & fidicinis bella suscepta sunt. Sāniticū bellū an-
cipiti statu gestum Pyrrhus uel Maximus Romani noīs hostis excepit. Pyrrhi Pyrrhus
bellū: mox puniū cōsecutū est. Et quā nūq; post mortē numæ a belloꝝ cladib⁹
fuisse cessatū iani patētes semp̄ portæ indicēt: ex eo tñ ueluti per meridiem toto

impressus caelo malorū feruor incanduit.

Initium belli punici.

Bella pu
nica

Pax or
bis

Torq̄tus

Minutia

Orro autē inchoato semel bello punico: utrum aliquādo bella: cædes atq; ruinæ: omniūq; infandarum mortiuū genera: nisi Cæsare Augusto imperante cessauerint: inquirat: inueniat: prodat: quisquis infamanda christiana tempora putat. Absq; illo tamen inter bella punica unius anni: ueluti alitis præteruolantis excursu Romani ppter iani portas clausas inter febres morbosq; reip. adhuc breuissimo pacis signo: uelut tenuissimo aquæ gelidæ haustu illecti sunt: ut in peius recalescentes: multo grauius uehementiusq; afflictaerentur. At uero si indubitatissime cōstat sub Augusto primū Cæsare: post partam pacē uniuersum terrarū orbē positis armis: abolitisq; discordiis generali pace & noua quiete cōpositū Romanis paruissē legibus: Romana iura: q̄ propria arma maluisse: spretisq; ducibus suis iudices elegissē Romanos. Postremo oibus gentibus cunctisq; puinciis innumeris ciuitatibus: infinitis populis: totis terris unā fuisse uoluntatē: libero honestoq; studio inseruire paci: atq; in cōmune cōsulere: quod prius ne una quidē ciuitas: unusue populus ciuium: uel quod maius est: una domus fratruū iugiter habere potuisset. Quod si etiam cum imperante Cæsare ista prouenerint: in ipso imperio Cæsaris illuxisse ortum in hoc mundo domini nostri Iesu Christi liquidissima probatione manifestum est: inuiti licet illi: quos in blasphemiam urget inuidia: cognoscere fateriq; coguntur: pacē istam totius mūdi & tranquillissimā serenitatē non magnitudine Cæsaris: sed potestate filii dei: qui in diebus Cæsaris apparuit extitisse: nec unius urbis impatori: sed creatori orbis uniuersi orbem ipsum generali cognitione paruissē: qui sicut sol oriens diē luce perfundit: ita misericorditer adueniēs extenta mundū pace uestierit. Quod plenius cum ad id ipsum: perficiente domino uentum fuerit: proferemus.

Romani Latinis bellum intulerunt.

i Gitur. ccccix. ab urbe condita Romani bellum Latinis rebellantibus intulerūt: Mālio Torquato: & Decio Murena cōsulibus in quo bello unus cōsul interfectus est: alter extitit parricida. Manlius enim Torquatus filiū suum peremit: iuuenem uictorem interfectoreq; Metii Tusculani nobilis militis: & tum præcipue prouocantis atq; insultantis hostis. Alius uero consul: cum iterato conflictu illud cornu cui præerat cædi atq; affligi uideret: in confertissimos hostes sponte prolapsus occubuit. Manlius quī uictor: occursum tamē nobilium iuuenum Romanoꝝ: qui legitime exhiberi solet: triūphans parricida nō meruit. Anno autē post hunc subsequente Minutia uirgo uestalis ob admissum incestum damnata est uiuaq; obrupta in campo: qui nunc Sceleratus uocatur.

Scelus matronarum.

a T uero paruo ex in tpe interiecto: horresco referre: quod gestū est. Nā Claudio Marcello & Valerio Flacco cōsulibꝰ incredibili rabie & amore scelex Romanæ matronæ exarserunt. Erat utiq; fœdus ille ac pestilēs annus: inflictaq; iam undiq; cateruatim strages egerebantur: & adhuc penes omnes de corrupto aere simplex credulitas erat: cum existente quadā ancilla indice & conuincente. primū multæ matronæ ut biberent: quæ coxerant: uenena compulsæ: deinde simul ut hausere cōsumptæ sunt. Tanta autem multitudo fuit matronarū in his facinoribus cōsciarū ut. ccc. lxxx. damnatæ ex illis simul fuisse referantur.

LIBER TERTIVS

Alexander Rex a Lucanis uictus & occisus.

a Nno ab urbe condita. ccc. xxii. Alexander rex Epirotarum Alexādrī Alexan-
illius Magni auūculus traiectis in Italiā copiis: cum bellum aduersus der Epi-
Romanos pararet: & circa finitimas Romæ urbes firmaret uires exercitus sui: rota
auxiliaq; uel sibi acquirere uel hostibus subtrahere studens bellis exerceretur: a
Sānitīs qui Lucanæ genti suffragabantur maximo bello in Lucania uictus atq;
occisus est. Sed quoniā aliquantū Romanas clades recensendo progressus sum:
uel Alexādrī istius mētionē cōmonitus de Philippo Macedonū rege qui Olym-
piadem huius Alexādrī Epirotæ sororē uxorē habuit: ex qua Alexādrū magnū
genuit: paucissimis annis retro repetitis magna paruis: inquātū potero: colligā.

De regno Philippi patris Alexādrī regis Macedoniae.

a Nno ab urbe cōdita. cccc. Philippus Amyntæ filius Alexandri pater Philipp⁹
regnū Macedonū adeptus. xxv. annis tenuit: quibus hos oēs acerbi / Macedo
tatū aceruos cunctasq; malorū moles struxit. Hic primū ab Alexādro fratre ob-
ses Thebanis datus per trienniū apud Epaminundam strenuissimū imperatorē
& summū philosophū eruditus est. Ipso aut Alexādro interfecto scelere Eurydi-
ces matris: quīs ea cōmisso adulterio: & altero primū filio occiso filiaq; uiduata
generi nuptias mariti morte pepigisset compulsus a populo regnū: quod paruo
occisi fratris filio tuebat: suscepit: qui cū foris cōcursu exurgētū undiq; hostiū:
domi aut deprehensarū saue insidiarū metu fatigaret: primū bellū cū Atheniensi-
bus gessit. Quibus uictis arma ad Illyrios trāstulit multisq; milibus hostiū tru-
cidatis Larissam urbē nobilissimā cepit. Inde Thessaliā nō magis amore uicto-
riæ: q̄ ambitione habēdorū equitū Thessalorū: quorū robur exercitui suo admisce-
ret: inuasit. Ita Thessalis ex improviso præoccupatis atq; in ptatē redactis iungē
do eqtū peditūq; fortissimas turmas & copias inuictissimū fecit exercitū. Igit⁹ Olym-
uictis Atheniē sib⁹ subiectisq; Thessalis Olympiadē Euruche regis Molossoꝝ so-
rorē duxit uxorē. Qui Eurucha cū per hoc q; societate Macedonū affinitate re-
gis paciscebat: imperiū suū se dilaturū putaret: per hoc decæptus amisit priua-
tusq; in exilio cōsenuit. Deinde Philippus cū Methonā urbē oppugnaret: ictu sa-
gittæ oculū pdidit. Ipsam uero urbē mox expugnauit & cæpit. Exin Græciā to-
tam ppe cōsiliis præuentā uirib⁹ domuit. Quippe Græciæ ciuitates dū impare Græci
singulæ cupiūt impiū oēs pdiderūt. Et dū in mutuū exitiū sine modo ruunt: ab
oib⁹ uictæ periere: quod singulæ amitterēt: oppressæ demū seruiētēsq; senserūt:
quarū dum insanas cōcursatiōes Philippus ueluti e specula obseruaret: auxiliūq;
semp inferiorib⁹ suggerēdo: cōtentiones belloꝝ fomites callidus doli artifex foue-
ret: uictos sibi pariterq; uictores subiecit. Huic aut ad obtinēdā totius Græciæ
dñationē: dñatio imoderata Thebanorū dedit facultatē: q; uictos Lacedæmonios
ac phocēses: cædibus etiā rapinisq; cōfectos: cū insup in cōi Græciæ cōcilio tāta
pecuniæ mulcta onerauissent: q̄tam illi soluere nullo mō possent ad arma fugere
coegerūt. Itaq; Phocēses & Philomene duce & auxiliis Lacedæmoniorū Atheniē
siūq; fulti cōmissa pugna hostibusq; fugatis Thebanorū castra cæperūt. Sequēti
prælio inter imensas utriusq; populi strages Philomenes occisus est. In cuius lo-
cum Phocenses Oenomanum ducem creauerūt. Porro aut Thebani & Thessali
omisso delectu ciuiū: Philippū Macedoniae regē: quē hostē prius repellere labo-

rabant: ultro sibi ducem expetiuerunt. Commisso proelio & Phocensibus pene ad
 internitionem caesis uictoria ad Philippum concessit. Sed Athenienses audito belli
 Thermo cumentu: ne Philippus transfret in Graeciam angustias Thermopylae pari ratione:
 pylae sicut aduentantibus antea Persis occupauere. Igitur Philippus: ubi exclusum se
 ab ingressu Graeciae perstructis Thermopylis uidet: paratum in hostes bellum uer-
 tit in socios. Nam ciuitates quae pauloante dux fuerat: sibi gratulantes ac se ex-
 cipientes patentes hostiliter inuadit: crudeliter diripit: omniq; societatis conscien-
 tia penitus abolita coniuges liberosq; omniū sub corona uendit: templa quocq;
 Philippi uniuersa subuertit: spoliauitq;: nec tamē unq; per .xxv. annos quasi iratus diis ui-
 perfidia. ctus est. Post haec in Cappadociam transiit. Ibiq; bellum pari perfidia gessit: captos
 per dolum finitimos reges interfecit: totaq; Cappadociam imperio Macedoniae
 subdidit. Inde post caedes & incedia depraedationesq; in socias urbes gestas par-
 ricidia in fratres couertit: quos patri ex nouerca genitos cum cohaeredes regni ue-
 reretur: interficere aggressus est. Cum aut unum ex his occidisset: duo in Olyn-
 thum confugerunt: qua mox Philippus hostiliter aggressus urbem antiquissimam
 & florentissimam: caedibus ac sanguine repletam opibus hominibusq; uacuauit ab-
 stractos etiam fratres supplicio & neci dedit. Dehinc cum excidio socioe & parri-
 cidio fratrum elatus licere sibi omnia: quae cogitauisset putaret auraria loca in
 Thessalia & argenti metalla in Thracia inuasit: ac ne aliquod ius uel fas inuiol-
 latum praetermitteret: praecipuo mari & classe dispersa piraticam quoq; exer-
 cere instituit. Praeterea cum eum fratres duo Thraciae reges de regni terminis ambi-
 gentes: iudicem ex consensu praoptauissent: Philippus more ingenii sui ad iudi-
 cium tanq; ad bellum cum instructo exercitu ingressus inscios iuuenes uita re-
 gnoq; priuauit. Athenienses uero qui prius Philippi ingressum Thermopylarum
 munitione repulerant ultro pacem eius expetentes fraudulentissimum hostem de-
 neglecta introitus custodia commonuerunt. Caeterae etiam Graeciae ciuitates ut
 intentius ciuilibus bellis uacarent: sub specie pacis & foederis sponte se externae
 dominationi subiecerunt. Maxime cum Thessali Boetiq; poscerent Philippum:
 ut professum se aduersum Phocenses ducem exhiberet: susceptumq; bellum ge-
 reret contra Phocenses: adhibitis secum Atheniensibus & Lacedaemoniis: uel dif-
 ferri bellum: uel auferri precio & precibus laborabant. Philippus tacite utrisq;
 Graecorū diuersa promisit: Phocensibus pacem & ueniam se daturum sacramento confir-
 ignauia mans. Thessalis uero affuturum se mox cum exercitu spondet: bellum tamē ab
 utrisq; parari uetat. Igitur Philippus instructis copiis angustias Thermopylae
 securus ingreditur: easq; occupatas: dispositis praesidiis emunit. Tuncq; primū se
 non Phocenses soli sed & omnis Graecia captam esse persensit. Siquidem primo Pho-
 censes Philippus rupta fide calcatoq; sacramento infandae dilacerationi dedit.
 Inde omniū urbes finesq; populatus cruenta praesentia effecit: ut etiam absens ti-
 meretur. Vbi uero in regnum rediit more pastorū qui pecora sua nunc per aestiuos
 nunc per hybernos saltus circūducunt: populos & turbas ut illi replenda: uel re-
 linquenda quaeq; loca uidebant: ad libidinem suam transfert. Miseranda ubiq; facies:
 & atrocissimum miseriae genus obuersabatur: prope excidium sine irruptione: sine
 bello captiuitatem: sine crimine exilium: sine uictore dominatum: premit miseros in-
 ter iniuriarū stimulos superfusus pavor: ipsaq; dissimulatione dolor crescit hoc

LIBER TERTIVS

altius demissus: quo minus profiteri licet timentibus ne ipsæ quoque lachrymæ pro cōtumacia accipiantur: alios populos auulsos a sedibus suis finibus hostiū opponit: alios in extremis regni terminis statuit: quosdā æmulatione uiriū ne possent quod posse credebant in supplementi exhaustæ urbiū diuidit. Ita gloriosissimū illud quondā florētis Græciæ corpus in multas laceratasque particulas extincta primū libertate cōcidit. Sed hæc cum per aliquas Græciæ ciuitates exercuisset: & tamē oēs metu premeret coniiciens ex præda paucorū opes omniū ad pficiendam æqualem in uniuersis uastationē utili emolumēto necessariā maritimā urbem ratus Byzantium nobilem ciuitatē aptissimā iudicauit ut receptaculum sibi terra marique fieret eamque obsistentem ilico obsidione cinxit.

Byzantiū
obsidio

De ciuitate Byzantio quæ Constantinopolis dicta est.

h Aec autem Byzantium quondā a Pausania rege Spartanorū cōdita.

Post autē a Constantino christiano principem maius aucta & Constantinopolis dicta gloriosissimi nunc imperii sedes & totius caput orientis est. Philippus uero post longam & irritam obsidionē: ut pecuniam quā obsidendo exhauserat prædando repararet piraticā aggressus est. Captas itaque, clxx. naues mercibus confertas distraxit: & anhelanti inopiæ parua recreatione subuenit. Inde propter agendā prædam & curandam obsidionē diuisit exercitū. Ipse autē cum fortissimis pfectus multas Cherronesi urbes suscepit: profligatisque populis opes abstulit. Ad Scythiā quoque cum Alexādro prædandi intentione ptransiit. Scythas tūc Etheas regebat: qui cum Istriano bello premeretur: auxilia a Philippo per Apollonienses petiit: sed cōtinuo Istriano rege mortuo: & belli metu & auxilioque necessitate liberatus pactionē fœderis cū Philippo habitā dissoluit. Philippus dimissa obsidione Byzanti Scythicū bellum totis uiribus aggreditur. Cōmissoque proelio cum Scythæ & numero & uirtute præstarēt. Philippi fraude uincunt. In ea pugna, xx. M. uiroꝝ ac sceminaꝝ Scythicæ gentis capta: pecorū magna copia abducta: auri atque argenti nihil repertum. Nam & ea res primo fidem inopiæ Scythicæ dedit. Viginti milia nobilium equorū sufficiendo generi in Macedoniā missi sunt. Sed reuertenti Philippo Traballi bello obuiāt. In quo ita Philippus in femore uulneratus est: ut per corpus eius equus interficeretur. Cunctique eum omnes occisum putarent in fugam uersi prædam amiserunt. Aliquā tula deinde mora dum cōualescit a uulnere: in pace conquieuit. Statim uero ut conualuit: Atheniensibus bellum intulit: qui in tanto discrimine positi Lacedæmonios quondam hostes: tunc socios asciscunt: totiusque Græciæ ciuitates legationibus fatigant: ut cōmunem hostem cōmunibus uiribus petant. Itaque aliquantæ urbes Atheniensibus sese coniunxere: quasdam uero ad Philippum belli metus traxit. Proelio cōmissō cum Atheniensis longe maiori numero militū præstarēt: assiduis tamen bellis indurata Macedonum uirtute uincuntur: quā pugna longe omnibus anterioribus bellis atrociorē fuisse ipse rerum exitus docuit.

Philippi
piratica

Scythæ

Traballi

Græcia libertatem suam amisit.

n Am & hic dies apud uniuersam Græciæ acq̄sitæ dominatiōis gloriā: & uetustissimæ libertatis statū finiuit. Postea Philippus cruentissimā uictoriā in Thebanos & Lacedæmonios exercuit. Siquidē principes ciuitatum alios securi percussit: alios in exiliū egit: & omnibus bonis priuauit. Pulsos quidē

Græcorū
seruitus

a ciuibus in patriam restituit: ex quibus. ccc. exules iudices rectoresq; præfecit: qui ut antiquū dolorē noua potestate curarēt: pressos infœliciter populos in spē libertatis respirare nō sinerēt. Præterea magno delectu militū in subsidiū regiæ dispositionis ex tota Græcia habito. cc. M. peditū: & .xv. M. eqtū absq; exercitu Macedonū & infinita gentiū Barbarie Perlicæ expeditioni in Asiā missurus instruxit. Tres duces: hoc est Parmenionē: Amyntā & Attalū præmittēdos in Persas legit. Et dum superscriptæ copiæ de Græcia cōgregarent: Alexādri qui erat Olympiadis uxoris suæ frater & post a Sabinis in Lucania prostratus est: quē Epiri regē ob mercedē stupri ppetrati in eū cōstituerat nuptias in copulando ei filiā suā Cleopatrá cæleberrare decreuit: qui cum pridie q̄ occideret interrogatus fuisset: quis finis homini esset magis optādus r̄ndisse fertur: eū esse optimū: qui uiro forti post uirtutū suarū gloriam in pace regnāti sine cōfliktatione corporis & dedecore animi subitus & celer inopinato ferro potuisset accidere: quod ipsi mox cōtingit. Nec ab iratis diis quos semp̄ paruipēderat: quorūq; aras tēpla simulacraq; subuerterat: quin lectissimā ut ipsi uidebat̄ mortē adipisceret: potuit impediri. Nā die nuptiarū: cū ad ludos magnifice apparatus inter duos Alexandros generū filiūq; cōtenderet: Pausania nobili Macedonū adolescente in angustiis sine custodibus circūuētus occisus est. Asserant nūc multisq; hæc uocibus efferant quasi uiroꝝ fortiū laudes & facta fœlicia quibus amarissimæ alioꝝ calamitates in dulces fabulas cedunt: si tamen nunq̄ ipsi iniurias quibus aliquādo uexantur: relatu tristiori deplorent. Si uero de propriis querimoniis tantū alios audientes affici uolunt quantū ipsi perpetiēdo senserunt: prius ipsi non præsentibus præterita: sed gestis gesta cōparent: & utraq; ex auditu: uelut certi alienoꝝ arbitri iudicent per .xxv. annos incendia ciuitatum: excidia belloꝝ: subiectiones prouinciæ: cædes hominū: opum rapinas: prædas pecoꝝ: mortuoꝝ uenditiones: captiuitatisq; uiroꝝ unius regis fraus effera. & dominatus agitauit.

Alexander successit Philippo in regnum.

¶ Vfficerent ista ad exemplū miseriarū insinuata memoriæ nostræ gesta per Philippum: etiā si Alexāder ei nō successisset in regnū. Cuius bella: imo sub cuius bellis mūdi mala ordine sequētia suspendo paulisper: ut in hoc loco pro cōuenientia tēpoꝝ Romana subiiciā. Anno ab urbe condita. ccccxxvi. Caudinæ Caudinas furculas satis cælebres & famosas: insignis Romanoꝝ fecit infamia. furculæ Nam cum superiore bello uiginti milia Sannitū Fabio magistro equitū pugnā conferente cecidissent: circūspectiore cura Sānites ac magis instructo apparatu apud Caudinas furculas confederūt. Vbi cum Vecturiū & Posthumiū consules omnesq; copias Romanoꝝ angustiis locoꝝ armisq; clausissent: Pontius dux eorū intantū abusus est uictoriæ securitate: ut Hærenium patrē consulendū putaret: utrū occideret clausos: an parceret subiugatis: ut uiuos tamē dedecori reserua- ret: elegit. Romanos enim antea sæpissime uinci & occidi: nunq̄ autem capi: aut ad deditiōē cogi potuisse constabat. Itaq; Sannites uictoria potiti uniuersum exercitum Romanū turpiter captum: armis etiā uestimentisq; nudatū: tantū singulis uilioribus operimentis ob uerecunda corpoꝝ tegenda concessis: sub iugo missum seruitioq; subiectū: lōgū agere pompæ ordinē præceperūt. Sexcētis aut eqtibus Romanis in obsidatū receptis oneratos ignominia cæteris rebꝯ uacuos

Philippi
mors

Caudinæ
furculæ

Romani
sub iugū
missi

LIBER TERTIVS

cōsules remiserūt. Quid de exaggerāda huius fœdissimi fœderis macula uerbis laborē: qui tacere maluissem? Hodie enī Romani aut oīno nō essent: aut Sānio dñante seruirēt: si fidē fœderis: quā sibi seruari a subiectis uolūt: ipsi subiecti Sānitibus seruauissent. Posteriore anno infringūt Romani firmatā cū Sānitibus pactionē: eosq; in bellum cogūt: quod Papyrio cōsule insistente cōmissum magnas strages utriusq; populi dedit. Cūq; hinc ira recentis infamiæ: inde gloria p̄ximæ uictoriæ pugnātes stimularēt: tādē Romani p̄tinaciter moriēdo uicerūt: nec cædi pariter uel cædere destiterūt: nisi postq̄ uictis Sānitibus: & capto duce eorū iugū reposuerūt. Idē deinde Papyrius satricū: expulso inde Sānitico præsidio: expugnauit: & cepit. Hic aut̄ Papyrius adeo tūc apud Romanos bellicosissimus habebat: ut cū Alexāder magnus disponere diceret ab oriēte descēdēs obtinere uiribus Aphricā: atq; inde in Italiā trāsuehi: Romani inter cæteros duces tūc in reipublica sua optimos: hūc præcipuū fore: qui Alexādrī impetū sustinere posset: meditarentur.

Initium regni Alexandri magni.

igitur Alexāder anno ab urbe condita. ccccxxvi. patri Philippo successit in regnū: qui primā experiētiā animi & uirtutis suæ cōpressis cæleriter Græcorū motibus dedit: quibus auctor ut ab impio Macedonum deficerent: Demosthenes orator auro Persarū corruptus: extiterat. Itaq; Atheniensibus bellū deprecātibus remisit: quos insuper etiā multo metu soluit. Thebanos diruta ciuitate delcuit: reliquos sub corona uēdidit. Cæteras uero urbes Achaia & Thessaliae uectigales fecit. Illyricos quoq; & Thracas translato mox abhinc bello domuit. Inde p̄fectus ad Persicū bellū: oēs cognatos ac p̄ximos suos interfecit. In exercitu eius fuisse t̄m. mō. peditū. xxxii. milia: equitū. iiii. M. d. naues. c. lxxx. referunt. Hac tā parua manu uniuersum terrarū orbē utrū mirabilius sit q̄ uicerit: an q̄ aggredi ausus fuerit: incertū est. Primo eius cum Dario rege cōgressu. dc. M. Persarū in acie fuerūt: quæ nō minus arte Alexādrī superata: q̄ uirtute Macedonū terga uerterunt. Magna igit̄ cædes Persarū fuit. In exercitu aut̄ Alexādrī. cxx. equites: & nouē t̄m. pedites defuere. Deinde Gordien Phrygiæ ciuitatē: quæ nūc Sardis uocitat̄: obsessam expugnatāq; cepit: ac direptioni dedit. Inde nūciato sibi Darii cū magnis copiis aduentu: timēs angustias: quibus inerat locoꝝ: Taurū montē mira celeritate transcendit: & .d. stadiis sub una die cursu trāsmissis Tharsum uenit: ibiq; cū sudans in cydnū perfrigidū amnē descēdisset: obriguit: cōtractu neruorū p̄ximus morti fuit. Interea Darius cū. ccc. M. peditū: & .c. M. equitū in aciem procedit. Mouebat hæc multitudo hostium etiā Alexādrū maxime respectu paucitatis suæ: quīs iam pridē. dc. M. hostiū eadem paucitate superatis nō solum nō timere pugnā: sed etiam uictoriā sperare didicisset. Itaq; cū intra iactum teli uterq; constitisset exercitus & intentos in signū belli populos discurrentes principes uariis incitamentis acuerrent: āngentibus utrinq; animis pugna cōmittit̄. In qua ambo reges Alexāder & Darius uulnerant̄: ac tādīu certamē anceps: quoadusq; fugeret Darius. Exinde cædes Persarū secuta est. Ibi tunc peditū. lxx. M. equitū: decem milia cæsa: capta aut̄ quadraginta. M. fuere. Ex Macedonibus uero cecidere centū. xxx. pedites: equites. cl. In castris Persarū multū auri cæterarūq; opū reptū est. Inter captiuos castroꝝ mater & uxor eadēq; soror & filia duæ Darii fuere. Quarū redēptionē

Sānites
uicti

Alexādrī
successus

Alexan/
der egro
tus

Darius
fugiens

Darius cū etiā oblata regni dimidia parte nō impetrauisset: tertio cūctis Persarū uiribus sociorūq; auxiliis cōtractis bellū instaurat. Sed dū hęc Darius agit: Alexander Parmenionē ad inuadēdā Persicā classē cū copiis mittens ipse in Syriā p̄ficiscit: ibiq; ex multis sibi regib; cū insulis ultro occurrētib; alios elegit: alios mutauit: alios p̄didit: Tyrū urbē antiq̄ssimā & florētissimā: fiducia Carthaginiensiu cognatorū sibi obsistētē oppressit & cæpit. Exin Ciliciā: Rhodū atq; ægyptū p̄tinaci furore puadit. Inde ad tēplū Iouis Ammonis p̄git: ut mēdacio ad tēpus cōposito ignominiā sibi p̄ris icerti & infamiā adulteræ m̄ris aboleret. Nā accersitū ad se phani ipsi; antistitē ex occulto monuit: qd sibi tāq; cōsulētī r̄nderi uelit: sicut historici eorū dicunt. Ita certus Alexander fuit nobisq; p̄didit: diis ipsis mutis & surdis uel ī ptāte eē antistitis qd uelit fingere: uel ī uolūtate cōsulētis: qd malit audire: reuertēs ab Ammone ad tertiū Persicū bellū Alexandriā ī Aegypto cōdidit. Darius uero spe pacis amissa. cccciiii. M. peditū: & .c. M. eqtū Alexandro ab Aegypto reuertētī apud Tharsū bello se opponit. Nec pugnae mora: oēs cæca rabie ī ferrū ruūt: Macedones totiēs a se uictis hostib; aiosi: Persæ: nisi uincāt: mori p̄optātes. Raro ī ullo p̄celio tm̄ sanguis fustum ē. Sed Darius cū uinci suos uideret: mori ī bello paratus: p̄suasu suorū fugere cōpulsus est. Hoc p̄celio Asiæ uires & regna ceciderūt: totusq; oriens in ptātē Macedonici cessit impiū: atq; ita attrita est in hoc Persarū oīs fiducia: ut post hoc nullus rebellare ausus sit: patiēterq; Persæ post imperiū tot annorū iugum seruitutis accæperunt.

Alexander Darium uicit.

a Alexander nāq; triginta q̄ttuor cōtinuis dieb; castrorū p̄radā p̄cēsuit: ac Persepolim caput Persici regni: urbē famosissimā: cōfertissimāq; opibus toti; orbis: iuasit. Dariū uero cū a p̄pinqs suis uictū cōpedib; aureis teneri cōpisset: p̄seq̄ statuit. Itaq; iussu ut se sequerēt exercitu: ipse cū .M. militū p̄fectū iuenit ī itinere solū relictū: multis cōfossū uulnerib;: & extrema uitæ p̄ uulnera efflantē. Hūc mortuū inani misericordia efferrī: & in sepulchris maiorū sepeliri p̄cæpit: cui; nō dicā matrē uel uxorē: sed ēt paruulas filias crudeli captiuitate detinebat. In tāta malorū multitudine difficillima dictis fides: trib; p̄celiis totidēq; ānis q̄nq; decies cētena. M. peditū eqtūq; cōsumpta sūt. Et hęc qdē ex eo regno illisq; populis: uñ iā ān ānos nō multo plures decies nouies cētena. M. p̄fligata referunt: q̄q; extra has clades p̄ eosdē tres ānos & Asiæ ciuitates pluræ oppressæ sūt: & Syria tota uastata: Tyrus excisa: Cilicia exinanita: Cappadocia subacta: Aegyp̄t; addicta sit: Rhodus quoq; insula ultro ad seruitutē tremefacta successerit: pluræq; subiectæ Tauro puiciæ: atq; ipse mōs Taurus diu detrectatū iugū domit; & uict; accepit: & ne forte q̄sq; opinēt uel oriētē solū Alexandri uirib; subactū: uel Italiā tm̄mō Romana inq̄titudine fatigatā: tūc ēt bellū Agidis Spartanorū regis ī Græcia. Alexandri regis Epiri ī Lucania: Zopyriōis p̄fecti ī Scythia gerebat: quorū agis Lacedæmoni; excitata: & rebellāte secū uniuersa Græcia cū Antipatri fortissimis copiis cōgressus iter magnas utrorūq; strages: & ipse p̄cubuit. Alexander at ī Italia affectās occidētis impiū: æmulās Alexandrū magnū: post numerosa & grauiā bella ibidē gesta: a Brutiis Lucanisq; supat; ē: corpusq; ei; ad sepulturā ueditū. Zopyriō uero p̄fect; Pōti adunato. xxx. M. exercitu: Scythis bellū īferre ausus ē: & usq; ad iternitionē cæsus fūdit; cū oib;

Darius
uictus

Darii
mors

Occisorū
numerus

LIBER TERTIVS

copiis suis abrasus est. Igitur Alexāder magnus post Darii mortem Hyrcanos & Mardos subegit: ubi etiā illū adhuc bello intentū Thalestris: siue Minothea Thalestris excita suscipiendæ ab eo sobolis gratia cū .ccc. mulieribus p̄cax Amazon inuenit. Post hæc Parthorū pugnā aggressus: quos diu obnitentes delcuit: p̄p̄modū Parthi anteq̄ uicit. Inde Dracas Evergetes Parymas: Patapamenos: Hydaspios: cæterorūq; populos qui in radice: Caucaſi morabant̄: subegit urbe ibi Alexādria sup̄ Caucaſi annē Tanaim cōstituta. Sed nec minor eius in suos crudelitas: q̄ in hostē rabies accolæ fuit. Docēt hoc Amyntas cōsobrinus occisus: nouerca fratresq; eius necati: Parmenio & Philotas trucidati: Attalus: Eurylochus: Pausanias: multiq; Macedoniae principes extincti: Clitus quoq; annis grauis: amicitia uetus nefarie interfectus. Qui cū in cōuiuio fiducia regiæ amicitia aduersus regē opa sua Philippo præponentē memoriā patris tueret̄: ab offenso frustra rege uenabulo trāstossus: cōmune cōuiuū moriēs cruet̄auit. Sed Alexāder humani sanguinis insaturabilis siue hostiū siue etiā sociorū: recentē tamē semp̄ sitiebat cruorē. Itaq; pertināci impetu in bella p̄currēs Chorasmos & Dacos: indomitā gentē in deditiōē accepit. Callisthenē philosophū: sibiq; apud Aristotelē cōdiscipulū cū plurimis aliis principibus: q; cū deposito salutādi more: ut deū nō adoraret: occidit. Post hæc Indiā petit: ut oceano ultimoq; oriēte finiret impiū. Nysam urbē adiit. Dedalos montes regnaq; Cleophilis reginae expugnauit: quæ cū se dedidisset: concubitu regnum redemit. Clitus occisus

Indiam ingressus est Alexander.

Eragrata perdomitaq; Alexāder India: cū ad saxum miræ asperitatis: India p̄ miræq; magnitudinis & altitudinis: in quod multi populi cōfugerāt: peruenisset: cognoscit Herculem ab expugnatione eiusdē saxi terræ motu phibitū: æmulatione p̄motus: ut Herculis acta superaret: cū summo labore ac piculo saxo potitus oēs loci eius gentes in deditiōē accepit. Cum Poro fortissimo Indorū rege cruentissimū bellū gessit: in quo Alexāder cū ipso Poro singulariter cōgressus: occisoq; deiectus equo: concursu Satellitū præsentia mortis euasit. Porus multis uulneribus cōfossus retentus & captus est: quo ob testimonium uirtutis in regnū restituto: duas sibi cōdidit ciuitates Niciā & Bucephalā: q̄ de noīe equi sui ita uocari præcepit. Inde Arestas Stathenos Passidas & gāgari das cæsis eorū exercitibus Macedones expugnauere: cūq; ad cōfines uētū esset. Ibi cōtra .cc. milia equitū hostiū pugnā cōseruerunt. Et cū ætate detriti: animo agrī: uiribus lassī difficile uicissent: castra ob memoriā plus solito magnifica cōdiderūt. Exin Alexāder ad amnē agasinū pergit. Per hūc in oceanū deuchitur: ibi Gessonas Sybosq; quos Hercules cōdidit: oppressit. Hinc Mardos & Subagras nauigat: quæ gentes eū armatis .lxxx. milibus peditū excipiūt. Cōmissioq; prælio diu anceps & cruenta pugna: tandē tristē pene oēm uictoriā Macedonibus dedit. Nā fuis hostiū copiis Alexāder exercitū ad urbē duxit. Et cū murū ascendisset primus: uacuā ciuitatē ratus solus introrsum defiliuit: quē cū undiq; infesti hostes circūdedissent: incredibile dictū est: ut eum nō multitudo hostiū: nō uis magna telorum: nō tantus laceſsentium clamor terruerit. Solus tot milia ceciderit: ac fugarit. At ubi se obrui a circūfusa multitudine persensit: muri obice posteriora tutatus: cōtrarios facilius eo usq; sustinuit: donec ad periculū eius clamorēq; hostiū p̄fractis muris exercitus omnis irrūperet. In eo prælio sagitta discrimē India Porus rex Bucephala urbs Alexādria

sub māmā traicēlus: fixo genu catenus pugnavit: donec cum a quo uulneratus esset: occideret. Inde cōscensis nauibus cū oceani littora pagraret: ad urbē quādam cui Ambira Rex erat: puenit. Sed in expugnatione ciuitatis magnā partē exercitus sagittis hostiū ueneno illitis amisit: ac post herba per somniū sibi ostēsa: & in potū sauciis data: cū reliquis subueniretur: urbē expugnauit & cepit.

Oēs puinciæ i Babylonia ad Alexādrū territæ legatos: pacē petētes miserūt.

Ost quasi circūacta meta de oceano Indū flumē ingressus Babylona
 p celeriter rediit: ubi cum exterritæ totius orbis puinciæ legati opperiebantur: hoc est Carthaginensium & totius Aphricæ ciuitatū: sed & Hispanorū: Galloꝝ: Siciliae Sardiniaeq; plurimæ præterea partis Italiae tantus rumor in summo oriente cōstituti ducis populos: ultimiq; occidentis inuaserat: ut inde peregrinā toto mūdo cerneret legationē quo uix crederes peruenisse rumorē. Alexāder uero apud Babyloniā cū adhuc sanguinē sitiens male castigata auuiditate ministri insidiis uenenū potasset: interiit. O dura mens hominū: & cor semper inhumanū. Ego ipse qui hæc pro asserenda omniū tēporū alternata calamitate percenseo: in relatu tanti mali: quo uel ipsa morte uel formidine mortis accepta totus mūdos intremuit: nunquid nō lachrymaui oculis: nunquid non corde cōdolui: nunquid nō reuoluēs hæc propter cōmunē uiuendi statū maiorū miseras meas feci: cum tamē si quādo de n. ipso refero ut ignotos primū Barbaros uiderim: ut infestos declinauerim: ut dominātibus eblanditus sim: ut infideles præcauerim: ut insidiātes subterfugerim: postremo ut persequētes in marisaxis: spiculisq; appetentes: manibus etiā pene iam apprehendentes repētina nebula circūfusus euaserim: cunctos audientes me in lachrymas cōmoueri uelim: & tacitus de nō dolentibus dolcā reputans duriciē corū: qui quod nō sustinere non credunt. Hispanus Mauritanus ad supplicandū Alexādro Babylona adiit: cruentūq; dominū ultro ne hostē exciperet: per Asyriā Indiāq; quæsiuit: terrarū metas lustrās: & utriq; infeliciter notus oceano: & tamē tā uiolentæ necessitatis memoria uel obliuione defecit: uel uiluit uetustate. Et nos ppetuæ recordationi hæsurū putamus: quod plurima orbis parte secura unū angulū fugax latro uolauit: quasi uero Gothorū & Sueuorū pacē ut nō dicā uersa uice Indus uel Asyrius: sed etiā uel ipse qui hostē patitur: Hispanū orauerit. At uero si illa Alexandri tēpora laudanda potius ppter uirtutē: qua totus orbis obtentus est: quā detestanda ppter ruinā: qua totus orbis effusus est: iudicant: inuenient & modo plurimi: qui hæc laudanda censeāt: quod multa uicerūt: & miseras aliorū fœlicitatē suā reputent. Sed dicet quispiam. Isti hostes Romani sunt. Respōdebitur. Hoc & tunc toto orienti de Alexādro uidebat: talesq; & Romani aliis uisi sunt: dum bellis quietos ignotosq; petiuerūt. Sed illi acquirere regna: isti euertere stndent. Sepata sunt hostis excidia & iudicia uictoris. Sigdē & illi prius eos bellis afflixerūt: quos postea legibus suis ordinarūt: & hi nūc hostiliter turbāt: quæ q; nō pmiserit deus: si edomita obtinerēt: ritu suo cōponere molirent dicēdi posterireges magni: qui nūc nouissimi hostes adiudicant. Quolibet hæc gesta talia noie cēseant: hoc est siue dicant miseriæ: siue uirtutes utraq; prioribus cōparata hoc tpe minora sunt: atq; pro nobis ita utraq; faciūt in cōparatione Alexandri atq; Persarū: si uirtus nūc uocāda est: minor est hostiū si miseria minor ē Romanorū.

Alexādrimors.

LIBER TERTIVS

Papÿrius consul contemptis auguriis magnam consecutus est uictoriam.

Nno ab urbe condita. ccc. l. Fabio Maximo quinquies Decio Muræna
 a quater cōsulib⁹: quattuor fortissimi florētissimiq; populi Italiae ī unū
 agmē fœdusq; coierūt. Nāq; Hetrusci & Vmbri Sānites & Galli uno Hetrusci
 agmine cōspirantes Romanos delere conati sunt. Tremefacti hoc bello Roma/ Vmbri
 norū animi: & labefacta fiducia est: nec ausi sunt tantū sperare de uiribus: dolo Sānites
 diuidere hostes potius rati pluribus se bellis implicauere q̄ grauibus. Itaq; cum Galli
 quibusdam suis ad populandos hostiles agros in Vmbriā Hetruriāq; præmissis
 Vmbroꝝ Hetruscoꝝq; exercitū redire ad tuitionē suorū coegissent: cū Sānitib⁹
 & Gallis bellum inire properarūt. In quo bello cū Galloꝝ impetu premerentur
 Romani: Decius cōsul occisus est. Fabius tamē post magnā Decianæ partis stra
 gem: tandem uicit. Eo prælio. xl. M. Sannitū: siue Galloꝝ cæsa sunt. Romanoꝝ
 uero septē. M. ex Decii tūmodo parte qui occisus est: referunt. Fuisse autē absq;
 Hetruscis & Vmbris: quos astu Romani bello auocauerūt: Galloꝝ & Sannitū
 .xl. M. peditū & .x. M. equitū. At uero septē. M. Liuius refert: & carpentarios
 .M. in armis cōtra aciem stetisse Romanā. Sed ut sæpe dictū est: semp Roma/
 noꝝ aut domesticā quietē extraneis bellis interpellatā: aut externos euentus mor
 bis interioribus aggrauatos tantū: ut omnimode ingētes animi undecūq; preme
 rentur. Hanc cruentā tristēq; uictoriā pestilentia ciuitatis onerauit: & triūphales Prælium
 pompas obuiæ mortuoꝝ exequiæ polluerunt. Nec erat cui de triumpho gaudia
 suaderent: cū tota ciuitas aut ægris suspiraret: aut mortuis. Sequit̄ annus quo
 Romani instaurato a Sannitibus bello uicti sunt: atq; in castra fugerūt. Postea
 uero Sānites nouū habitū animūq; sumētes hoc est de argentatis armis ac uesti/
 bus paratoq; animo: nisi uincant: mori bello sese offerūt: aduersum quos Papy/
 rius cōsul cū exercitu missus cū a pullariis auguribus uana cōiectantibus cōgre
 di prohiberet: irridens eos tā fœliciter confecit bellū: q̄ cōstanter arripuit. Nā in
 hoc prælio. xii. M. hostiū cæsa. tria. M. capta referunt. sed hāc quoq; istius uere
 laudandā historiā: quā uani haruspices impedire nō potuerūt: oborti subito cor
 rupere morbi. Nam tanta ac tā intollerabilis pestilentia tunc corripuit ciuitatē: Pestilētia
 ut ppter eā quacūq; ratione sedandā: libros Sibyllinos cōsulendos putarint: hor
 rendūq; illū Epidauriū colubrū cū ipso Aesculapii lapide aduexerint: quasi ue/
 ro pestilētia aut ante sedata nō sit: aut post orta nō fuerit. Præterea altero abhinc
 anno Fabius Gurges cōsul male aduersus Sānites pugnavit. Nāq; cōmisso exer Fabius
 citu uictus in urbem refugit. Itaq; cū senatus de imouendo eo deliberaret pater maxim⁹
 eius Fabius Maximus ignominia filii deprecatus legatū se filio iturū ultro ob/
 tulit: si illi depellendæ ignominia & gerendi iteꝝ belli facultas daret. Qua im/
 petrata prælioq; cōserto: cū subito pugnantē filiū cōsulem insistente Pontio Sā/
 nitum duce: & infestis hostiū telis cōclusum uideret: in mediū se agmen pius se
 nex equo uectus ingessit. Quo facto permoti Romani tota ibi incubuere acie:
 donec ipsum ducē Pontiū deleto hostili exercitu: uictū oppressumq; ceperunt.
 Cæsa sunt in eo prælio Sānitū. xx. M. capta autē. iiii. M. cum rege suo. Tandēq;
 Sāniticū bellū quod per .xlix. annos multa Romanoꝝ clade trahebat: capti du
 cis destitutione finitū est. Anno subsequēte cū Sabinis Curio cōsule bellū gestū Belli fi
 est: ubi quot milia hominū interfecta: quot capta sint: ipse cōsul ostendit: qui cū nis

in senatu magnitudinē acquisiti agri Sabini & multitudinē capti populi referre uellet: numerū explicare non potuit. Anno ab urbe cōdita. cccc. lxxiii. Dolabella & Domitio cōsulibus Lucani Brutii Sannites quoq; cū Hetruscis & senioribus Gallis facta societate: cum rediuiuū cōtra Romanos bellum molirent: Romani ad exorādos Gallos misere legatos: quos cum Galli interfecissent: Cæcilius prætor ob ulciscendā legatorū necē & cōprimendū multorū hostiū impetū cū exercitu missus ab Hetruscis Gallisq; oppressus interiit. Septē præterea tribuni militum in ea pugna occisi: multi nobiles trucidati. xiii. M. etiā militū Romanorū illo bello pstrata sunt. Ita aut quotiescūq; Galli exarserūt: totis opib⁹ suis Roma detrita ē: ut sub pñti nūc cōcursatiōe Gothorū magis debeat meminisse Galloꝝ.

Mortuo Alexādro rege Macedoniae duces eius mutuis se bellis cōsūperunt.

T ego nunc reuocor ut hæc eadē tēpora qbus Romani ista perpeffi sunt: & quæ iter se bella gesserūt Macedonū duces reuoluā: qui mortuo Alexādro sortiti diuersas puincias: mutuis se bellis cōsumpserūt:

quorū ego tumultuosum tēpus ita mihi expectare uideor: quasi aliqua imensa castra per noctē de spectaculo montis aspectans nihil in magni cāpi spatio præter inumeros focos cernā. Ita per totū Macedoniae regnū hoc est p̄ uniuersam Asiā

Alexādrī
duces.

& plurimā Europæ partē Lybiæq; uel maximā horrēdi subito belloꝝ Globi colluxerūt. Qui cum ea præcipue loca: in qbus exarsere: populati sunt: reliqua oīa terrore rumoris: quasi fumi caligine turbauerunt. Sed nequaquā tantorū regum ac regnoꝝ bella excidiaq; explicabo: nisi prius ipsa cū regibus regna pdidero. Igit̄ Alexāder per .xii. annos tementē sub se orbem ferro pressit. Principes uero eius .xiiii. annis dilaniauerūt: & ueluti optimā prædā a magno leone prostratā auidi discerpere catuli: seq; ipsos ī rixā iuicē irritatos prædæ æmulatōe fregerūt. Itaq;

Diuisio
puinciarū

pria Ptolemæo Aegypti & Aphricæ Arabiaq; pars sorte puenit. Cōfinē huic puinciarū Syriā Laomedon Mitylenæus Ciliciā: Philotas & Philo Illyrios accæpit. Mediæ maiori acropatus: minori socer Perdicæ præponit̄. Susania gēs Scyno.

Phrygia maior Antigono Philippi filio assignat̄. Lyciā & Pamphiliā Learchus Cariā Cassander. Lydiā Menāder sortiunt̄. Leonatus minorē Phrygie accæpit.

Thracia & regiones pontici maris Lysimacho. Cappadocia cū Paphlagonia eum medi data. Sūma castroꝝ Seleuco Antiochi filio cessit stipatoribus regis Satel

litibusq; Cassander filius Antipatri præficiat̄. In Bactriana ulteriore & Indiæ regionib⁹ præfecti priores qui sub Alexādro esse cœperāt: pmanserūt: Seras inter

duos ānes Hydaspē & Indū cōstitutos taxillas habuit: in Colonias ī Indis cōditas Pithon Agenoris filius mittit̄ Reapomenos fines Caucafi mōtis Axiarches

accæpit. Draicas & Argeos Statanor. Bactrianos Amyntas sortit̄. Sagilianos Scythæus. Nicanor Parthos. Philippus Hyrcanios. Phrataphranes Armenios.

Neoptolemus Persas. Peutestes Babylonios: Arthous: Pelasgos. Archesilaus Mesopotamiā adepti sunt. Igitur causa & origo belloꝝ epistola Alexādrī regis fuit:

Causa
belloꝝ

qua iussit oēs exules patriæ libertatiq; restitui. Potētes. n. ciuitatū Græciæ: timētes ne exules recepta libertate ultionē meditarent̄: a rege Macedonū defecerūt.

Primi Atheniēses cōtracto. xxx. M. exercitu: &. cc. nauibus bellū cū Antipatro cui Græcia sorte obuenerat: gerūt: per Demosthenē quoq; oratorē Sicyona Argos & Corinthum cæterasq; sibi socias adiungunt: Antipatrū obsidione cingūt.

LIBER TERTIVS

Ibi dux eorum Leosthenes telo ex muris iacto profusus occiditur. Athenienses Leonator: qui Antipatro auxiliū ferebat: occurrunt: eiusque copiis cōminutis ipsum interficiunt. Perdica uero bellum Ariarato Cappadocū regi intulit: eūque uicit: in qua uictoria nil præter uulnera & picula cōquisiuit. Nam oēs ante irruptionē urbis suæ: successis domibus suis: se suaque oīa cōcremauerāt. Post hæc bellū inter Antigonū & perdicā oritur: grauissime multis puinciis & insulis ob auxilia uel negata: uel præstita dilaceratis diu deliberatū: utrū in Macedoniā bellū transferret: an in Asia gereret: nouissime ipse perdica Aegyptum cū ingenti exercitu petit. Sic Macedonia in duas ptes discurrētibus ducibus in sua uiscera arma. Ptolemaeus Aegypti uiribus & Cyrenēsi9 copiis instructus occurrere bello Perdicæ num disparat. Inter hæc Neoptolemus & Eumenes cruetissimo iter se proelio digladiati sunt. Victus Neoptolemus ad Antipatrū fugit. Quē ut Eumenē de inspatu operimat: purget: quod Eumenes futurū ratus: insidiātes insidiis capit: in eo bello Polypcon occiditur. Neoptolemus & Eumenes mutuis sunt uulnerib9 cōfossi: sed Neoptolemus interiit. Eumenes uictor euasit. Perdica cū Ptolemæo acerbissime bello cōgressus: amissis copiis ipse quoque interfectus est. Eumenes Pithon & Illirius & Alcea frater Perdicæ a Macedonib9 hostes pronunciant: bellūque aduersum eos ab Antigono decernitur. Itaque Eumenes & Antigonus collatis aduersum se maximis copiis cōflixerūt: Eumenes uictus in quoddā castellū munitissimū fugit. Vnde auxilia Antipatri tūc potētissimi per legatos poposcit: quo nūcio territus Antigonus ab obsidiōe discessit. Sed nec sic Eumeni spes firma aut salus certa. Quare ultimo cōsilio Argyraspidas ob arma deargentata sic dictos: hoc est milites qui sub Alexādro militauerāt: in auxiliū rogat. Qui fastidiose ducē in dispendio bello adētes ab Antigono uicti: castrisque priuati & uxores & liberos: simulque oīa quæ sub Alexādro acqsiuerāt: pdiderūt: quæ postea turpiter per legatos reddi sibi quæ pdiderāt: uictorem rogāt. Antigonus autē se reddituræ pollicetur: si sibi uinctū Eumenē ptraheret. Ita illi spe recuperationis illecti dedecorissima pditione ducē suū: cui9 signa pauloante secuti fuerāt. Captiui ipsi captū catenatūque duxerunt: & mox cū foedissima ignominia in exercitu Antigoni dispersi sunt. Interea Eurydice Aridei regis Macedonū uxor multa sub noīe uiri nefaria egit per Cassandrum: quæ flagitiose cognitū ad summū fastigiū per oēs honore gradus puexerat: quæ ex libidine mulieris multas Græciæ ciuitates afflixit. Tūc Olympias mater Alexādri regis hortate Polypconte cū ab Epiro in Macedoniā persequēte Eacida regē Molossoꝝ ueniret: & ab Eurydice finib9 prohiberet: adnitētib9 Macedonib9 Arideum regē & Eurydicē iussit occidi: quæque & ipsa Olympias cōtinuo meritis crudelitatis pœnas luit. Nam cū muliebri audacia multas principū cædes ageret audito aduētū Cassandri diffisa Macedonibus: cum Rhoxane nuru sua: & nepote Hercule: in urbē Pictiū cōcedit: ibique cōtinuo per Cassandrum capta interfecta est. Filius Alexādri magni cum matre in arcē Amphipolytanā custodiendus est missus: Perdica Alceta: & Polypconte cæterisque ducib9: quos cōmemorare longū est: diuersæ partis occisis: finita bella inter successores uidebant: cum Antigonus ardens cupiditate dñandi liberare bello Hercule regis filiū ab obsidione simulat. His cognitis Ptolemæus & Cassander inita cū Lysimacho & Seleuco societate bellū terra marique enixe instruūt. Antigonus in eo bello cū filio Demetrio uincitur nusuicit

Cassander Ptolemæo in uictoria particeps factus: cū Appoloniā rediret: incidit
 in abderitas: qui ppter intolerandæ multitudinis ranas & mures: relicto patrio
 solo: & antiqs habitaculis: emigrâtes nouas sedes prætenta interim pace require
 bant. Sed Cassander & uirtutē & multitudinē gentis agnoscēs ne adacti necessi
 tate Macedoniā bello quaterēt atq; inuaderēt: recæptos in societatem in ultimis
 Macedoniae finib⁹ collocat. Inde cū iam Hercules Alexādrī filius. xiiii. esset an
 noꝝ: timens ne eum Macedones quasi legitimū regē præoptarent occidendū ta
 cite cum matre curauit. Ptolemæus iteꝝ cum Demetrio nauali proelio cōfligit:
 & cum pene oēm classem atq; exercitū perdidisset: uictus in Aegyptū refugit.
 Hac uictoria elatus Antigonus regē se cū Demetrio filio appellari iubet: quod
 exēplum oēs secuti: regiū nomen sibi dignitatēq; sumpserunt. Igitur Ptolemæus
 & Cassander cæteriꝝ factionis duces: cū decipi se ab Antigono sigillatim uide
 rent: per epistolas seinuicē cōfirmantes coeundi in unū tēpus locūq; condicunt:
 & bellū aduersus Antigonū cōmunibus uiribus instruunt. Cassander finitimorū
 bellis implicitus Lysimachum clarissimū inter oēs ducem cū ingenti manu pro
 se sociis in auxiliū misit. Seleucus quoq; ex Asia maiore descendēs nouus Anti
 gono hostis accessit. Hic siquidē Seleucus plurima per orientē iter socios regni
 Macedonici bella gessit. Principio Babylonē bello expugnauit & cæpit. Bracti
 anos nouis motibus assurgentes perdomuit. Transitū deinde in Indiā fecit: quæ
 post mortē Alexādrī: ueluti detracto excussoq; a ceruicibus iugo præfectos eius
 occiderat. Sandro cotto quodā ad uindicandā libertatē dūce: qui postea crudeli
 ter in ciues agēs: quos de extrema dānatione defenderat: ipse seruitio premebat.
 Cū hoc ergo Sandro cotto Seleucus quous multa & grauiora bella gessisset nouissi
 me firmatis regni cōditionib⁹: & pacta pace discessit. Adunatis itaq; copiis Pro
 lemæi sociorūq; eius pugna cōmittit: cuius q̄to potentior apparatus tanto gra
 uior ruina fuit. Nā in ea tunc totius pene Macedonici regni uires conciderunt.
 In ipso bello Antigonus occisus est: sed finis belli huius initiū alterius fuit. Nā
 cū uictoribus de præda nō cōuenisset: iteꝝ in duas factiones deducunt. Seleu
 cus Demetrio. Ptolemæus Lysimacho iungit. Cassandro defuncto filius Philip
 pus succedit. Sic quasi ex integro noua Macedoniae bella nascuntur. Antipater
 Thesalonicē matrē suā Cassandri uxorē: quous miserabiliter pro uita præcantem:
 manu sua transuerberauit. Alexāder frater eius dum bellū aduersum fratrem ob
 ultionē matris instruit a Demetrio: cuius auxiliū petierat: circūuentus occidit.
 Lysimachus cum Doricetis regis Thracū infestissimo bello urgeretur: aduersus
 Demetriū pugnare nō potuit: Demetrius argumēto Græciæ & totius Macedo
 niæ elatus in Asiā transire disposuit. Ptolemæus autē & Seleucus & Lysimachus
 expti priore certamine: q̄tæ uires essent cōcordiæ: iteꝝ societate facta: adunatisq;
 exercitibus bellū in Europā transferūt aduersus Demetriū. His se comitē & bel
 lis socium Pyrrhus rex Epiri iungit: sperās Demetriū Macedonia posse depelli.
 Nec spe frustratus fuit: quippe exercitu eius corrupto: ipsoq; in fugam acto re
 gnū Macedoniae Pyrrhus inuasit. Deinde Lysimachus genex suū Antipatrū in
 sidiantē sibi interfecit: filiūq; suū Agathoclē ultra humanū morē posus occidit:
 qbus qdē diebus Lysimasia ciuitas formidolosis terræmotib⁹ euerfa: oppressoq;
 populo suo crudele sepulchrū fuit. Lysimachū autē assiduis se parricidiis cruen

Ptole
mæus
fugiēs

Indiae re
bellio

Antigo
ni mors

Pyrrhus

LIBER TERTIVS

tantē oēs socii deseruerūt: & ad Seleucū se deferentes p̄nū iā æmulatione regni: ut bellū Lysimacho inferret hortati sunt. Res foedissimi spectaculi erat: duos re- ges: quorū Lysimachus annos natus. lxxxiiii. Seleucus autē. lxxvii. de cripiēdis re- gnis alterutrū cōcurrere: in acie stare: arma gerere. Vltimū hoc qdē bellum Ale- xandri cōmilitonū fuit: sed quod ad exēplū miseriæ humanæ fuerit reseruatū. Qui- ppe cū orbē terrarū extinctis iā. xxxiii. ducib⁹ Alexādri soli possiderēt: an- gustissimos senectutis ac uitæ suæ terminos nō aspiciētes angustos esse ip̄io suo totius mūdi terminos arbitrabant. In eo bello Lysimachus uel amissis uel inter Lyfima- fectis prius ante hāc pugnā. xv. liberis postremus occisus est. Sic Lysimachus so- chus. lutio pugnæ Macedonicæ fuit. Sed nec Seleucus qdē tāta uictoria ip̄one est læ Seleuc⁹ tatus. Nā neq; ipse post. lxxvii. ānos q̄etē naturalis mortis inuenit: sed extortā si- bi infeliciter uitā: uelut imatura morte finiuit. Qui ppe insistente Ptholemao: cuius sororē Lysimachus ī m̄rimonio habuerat insidiis circūuentus occisus est. Hæc sunt iter parentes & filios fratres & socios cōsanguinitatis societatisq; cō- mercia. Tanti apud illos diuina atq; humana religio p̄debat: Erubescāt sa- e de recordatiōe præteritorū: q̄ nūc iteruentu solius fidei christianæ: ac medio tm̄ iura- tionis sacramento uiuere se cū hostib⁹: nec pati hostilia sciunt: qb⁹ indubitātissi- me p̄batur: q̄ nō sicut illi antea cæsa iungebāt fœdera porca: sed quia nūc inter Barbaros ac Romanos creatorē eis d̄m suum contestantes tm̄ fide adhibita in Belli Ma- sacramentū seruāt euāgelia: q̄tum tunc nec inter parentes ac filios potuit seruare cædonici natura. Nunc autē finis Macedonici belli: finis etiam libri fiat: præsertim cū iam finis. abhinc Pyrrhi bella incipiant: & mox Punica consequantur.

Pauli Orosii in quartum librum præfatio.



Dixisse Aeneā Virgilius refert: cū post picula sua suorūq; nau- fragia residuos agere socios solaret. Forsan & hæc olim me- minisse iuuabit. Hæc sn̄ia semel apte ficta semp uim suā tri- plicē diuersissimis effectibus refert: cū & præterita tāto gra- tiora habent in uerbis: q̄to grauiora referunt in gestis: & fu- tura dum desiderabilia fastidio præsentū fiunt: semp meliora credunt. Ipsis autē præsentib⁹ ob hoc in nulla pte miseriæ iusta cōparatio adhi- beri p̄t: quia multo maiore molestia afficiūt: q̄tulacūq; sint ista: quæ sunt: q̄ illa quæ siue trāsacta siue uentura: & si magna dicunt interim oīno nō sunt. Veluti si quis nocturnis pulicibus titilatus atq; ex eo uigiliis anxius alias forte quas ex ardentissimis febrib⁹ diu sustinuit uigilias recorder: p̄cu' dubio impatiētius fe- ret istorū inquietudinē: q̄ illarū recordationē. Sed quis apud oīum sensus pro ca- ptu tēporū ita uideri queat: nūquid tm̄ aliquis existet qui uel in ipsa anxietate p̄- nunciet grauiores pulices esse q̄ febres: aut acerbius accipiat se uigilare sanum q̄ dormire potuisse moriturū. Quæ cū ita sint delicatis istis & querulis nostris ut cūq; cōcedo ut hæc quibus nunc: quia sic expedit: interdū admouemur sentien- do grauiora putent. Nō tm̄ cōniueo: ut etiā asserāt cōparādo grauiora: quæ admo- dum si quis molissimis estratis cubiculoq; per cōmodo matutinus egrediēs: no- cturno genu lacunariū dorsa obriguisse herbasq; incanuisse p̄spiceret: & inopi-

nato uisu admonitus diceret: frigus est hodie: hic mihi nequaquam reprehēdendus uideretur: quia uel cōmuni usu uel p̄prio sensu locutus esset. At si trepidus in cubiculū recurrens stratisc̄q; sese adoperiens uel magis abdens clamaret tantū oīno frigus esse quātū nec in Apēnino aliquādo fuerit: cū Hānibal elephātos equos plurimāq; exercitus sui partē: niuib̄ clausus atq; oppressus amisit: hūc ego puerilibus licentiis nauscantē: nō modo dicentē ista nō ferrem: sed etiā ab ipsis stratibus ocii sui testibus in populū publicūq; p̄traherē: eiq; foras p̄ducto infantes in eo atq; ex eo gelu ludentes iocūdātes sudātesq; monstrarē: ut uerbosa nugacitas delicatis uiciata nutrimētis nō in tpe uiolentiā: sed in se esse segniciē doceret: & in cōparatione reꝝ diiudicāda nō maiores parua tolerasse: sed se nec parua tolerare sufficienter p̄barent. Quod euidentius ipsis in memoriā reuolutis prāteritorꝝ cladibꝫ approbabo: Pyrrhi bello in primis sicut ordo est p̄dito: cuius causa & origo hęc fuit.

De Pyrrho rege.

Pyrrhi
bellum.

Nno ab urbe cōdita. cccc. lxxiii. Tarentini Romanā classē forte prātereuntem e spectaculo theatri p̄spectam hostiliter inuaserunt qnq; tū nauibus uix per fugā elapsis: cætera retracta in portū classis & profli-gata est. Præfecti nauium trucidati: omnes bello utiles cæsi: reliqui precio uenditi sunt. Continuo missi Tarentū a Romanis legati ut de illatis quererent iniurias: pulsati ab eisdē auctas insuper iniurias rettulerunt. His causis bellū ingens exortum est. Romanos: qui q̄tiq; hostes circūstreperent p̄metientes: ultima adegit necessitas p̄letarios quoq; in arma cogere: hoc est eos qui in urbe sufficiēdæ semp̄ prolis causa uacabant militiæ ascribere: quippe cū frustra de prole cura sit nisi rebus præsētib̄ consulat. Itaq; irruit in uniuersos Tarentinorꝝ fines cū Leuino consule Romanus exercitus: igni ferroq; uastat oīa: plurima expugnat oppida iniuriā insolenter accēptā crudeliter uindicat. Cōtinuo Tarentinos plurimis finitimorꝝ præsidiis fultos maxime Pyrrhus auxit: qui etiā i se ob magnitudinē uiriū cōsiliorūq; summā belli nomenq; traduxit. Nā Tarentū utpote ex Lacedæmoniis cōditā cognatāq; Græciæ ciuitatē uindicaturus totas uires Epiri Thessaliæ & Macedoniae elephātes usq; in id tēpus iuisos Romanis numero. xx. in Italiā primus inuexit: terra mari uiris equis armis belluis ad postremū uiribus suis dolisq; terribilis: sed delphici illius uanissimi spiritus & mēdacissimi nebulonis: quē uatē magnū ipsi ferūt: r̄nso circūuētus ambiguo: exitū fecit qualē nō putabat illū cōsuluisse. Itaq; apud Heracleā cāpaniæ urbē fluuiūq; Lirim prima iter Pyrrhū regē & Leuinū cōsulē pugna cōmissa est. Cōsumptus est grauissimo certamine dies utrinq; oībus mori intentis: fugere nesciis. Introductos aut̄ inter cōcurrētia agmina elephātos: forma truces: odore graues: mole terribiles: ut uidere Romani nouo pugnādi genere circūuenti & territi: equis maxime pauitātibus diffugerūt. Sed postq̄ Minutius quartæ legionis primus hastatus protentā in se manū belluæ gladio defecuit: & cōturbatam dolore uulneris auerti bello: atq; in suos sæuire cōpulit: eiusq; imoderato discursu p̄turbari: ac p̄misceri cœperūt: finis pugnæ etiā bñficio noctis impositus est. Victos fuisse Romanos turpis fuga p̄didit: quorꝝ tūc cecidisse peditū referunt. xi. M. dcccc. lxxx. Capti aut̄. ccc. & .x. Eqtes uero cæsi. cc. xlv. capti. dcccii. signaq; amissa. xxii. Nā q̄tus e diuerso numerus socioꝝ Pyrrhi fuerit extinctus: memoriæ nō est traditū: maxime quia

Roma-
noꝝ fuga

LIBER Q V A R T V S

scriptorū veterū mos est ex ea parte quæ uicerit: occisorū nō cōmemorare numerū ne uictoriæ gloriā maculent dāna uictoris: nisi forte cū adco pauci cadūt: ut admiratione terrorēq; uirtutis augeat paucitas p̄ditorū: sicut in prima belli Persici cōgressione apud Alexādrū magnū fuit: cui inter .cccc. fere milia hostiū interfecta: nomē tñ. mō in exercitu eius pedites defuisse referunt. Sed Pyrrhus atrocitatē cladis: quā hoc bello excepat: diis suis hominibusq; testatus est: Affigens titulū in tēplo Tarētini Iouis: in quo hæc scripsit. Qui ante hac fuere inuicti uiri pater optime Olympi: hos ego in pugna uici: uictusq; sum ab eisdē. Et cū a sociis increparet: cur se uictū diceret: qui uicisset: rōdissē fert. Næ ego si itē eodē mō uicero: sine ullo milite Epirū reuertar. Interea Romanus exercitus postq; uictus clā fugit e castris: miserabilē belli cladē grauioribus mōstris auctā accumulataq; p̄sensit. Nam pabulatores forte p̄gressos: uelut hostilis quædā oborta tēpestas cum horribili fragore cœli correptos diris fulminibus exussit. Quippe .xxxiiii. eorū qdā turbo p̄strauit. xxii. semineces relictī: iumēta exanimata & capta q̄ plurima: aut merito cōtigisse nō in signum uastationis futuræ: sed uastatio ipsa referat. Secūda inter Pyrrhū & Romanos cōsules pugna in Apuliæ finib; fuit: ubi clades belli ad utrosq;: sed maxime ad Pyrrhū: uictoria ad Romanos cōcessit. Nā cū diu obnixe cūctis in mutuā cadē ruentib; anceps illi pēderet euentus Pyrrhus trāssixo brachio saucius prior cessit e p̄elio. Sed & Fabritius legatus tūc uulnerat; est. Elephāti priā pugna uulnerari: atq; ī fugā cogi posse deprehensi. Deinde subiectis inter posteriora ac mollia ignibus exagitati: ardentē in sup machinas furore trepido circūferētes exitio suis fuere. Cæsa sunt ī ea pugna .iiii. M. Romanorū. De exercitu uero Pyrrhi uiginti milia prostrata sunt. Regis signa ablata quadragintatria. Romanorū undecim amissa sunt.

Romanorum miseria nullis cessat induciis.

P Pyrrhus bello fractus Agathocle mortuo rege Syracusano ad Siciliæ accersitus impiū Syracusas cōcessit. Sed & Romanorū miseria nullis cessat induciis. Cōsumit morborū malis ītercapedo bello: & cū foris cessat a p̄elio: agit introrsum ira de cœlo. Nā Fabio Gurgite itē Gaiō Genutio Clepsina cōsulib; pestilētia grauis urbē ac fines eius inuasit: quæ oēs tū præcipue mulieres pecudesq; corripies: necatis in utero foetib; futura ple uacuauit: & imaturis partibus cū piculo matrū extorti abortus p̄iiciebant. Adco ut defectura successio: & defuturū animatiū genus adēpto uitalis partus legitimo ordine crederet. Interea reuersum ex Sicilia Pyrrhū Curius cōsul excepit: tertiūq; id bellū contra Epirotas apud Lucaniā in Aurusinīs cāpis gestū est. Itaq; primo cōcursu: cū Pyrrhi milites Romanorū impressione trepidaret: circūspectantesq; fugā bello cedere molirent: Pyrrhus elephātos ex subsidiis iussit induci. Romani assueti iā pugnare cū belluis: cū malleolos stuppa inuolutos: ac pice oblitos: uncis insuper & aculeis tenaces præparauissent: eosq; flāmatos in terga belluarū turesq; uibraret: nō difficile furētes ardentē belluas in eorū excidia: quorū subsidia fuerāt: retorserūt. Octoginta nāq; milia peditū in illo p̄elio habuisse regē dicunt. Equū uero sex. M. Ex his cæsa referunt. xxx. M. Capti autē. ccc. Pyrrhus quinto decimo anno: quo uenerat: ab Italia uictus aufugerat: qui post multa grauissimaq; bella quæ gessit in Græcia apud Argos Achaiæ florentissimā urbem moritur.

Pyrrhus
uictus

Urbis pe
stilentia.

Pyrrhus
fugatus
moritur.

PAULI OROSII

Spartani regni auiditate seductus saxo ictus interiit. Tunc quoq; apud Romanos Sextilia uirgo uestalis cōuicta: damnataq; incæsti ad portā Collinā uiua de fossa est.

Tarentini noua arma sollicitant.

Tarenti/
norū bel/
lum.

Nno ab urbe cōdita. cccclxxvi. Tarentini Pyrrhi morte cōpta iterū noua aduersus Romanos arma sollicitāt. Carthaginēsiū auxilia poscunt p legatos atq; accipiūt. Cōserto p̄celio uicere Romani: ubi iā tūc Carthaginenses: quibus nōdū hostes adiudicati: uinci tñ a Romanis se posse senserunt. Sequēti āno magnā uiscerū suorū p̄tē seueritas Romana cōcidit. Nam aduētate dudū Pyrrho octaua legio diffidēs Romanæ spei: nouū scelus auxit. Rhegynos oēs: quibus subsidio præerat: interfecit: prædā sibi oēm atq; ipsum oppidū uēdicauit. Hoc facinus in tā sceleratos defectores puniēdum Genutio cōsuli uisum est: qui obsessa Rhegynorū urbe captisq; oibus ipse quidē i reliquos pfugas: & latrones exercuit digna supplicia. Romanos uero milites itegræ legiōis Romā misit qui populi iussu medio foro uirgis cæsi: securiq; p̄cussi sunt. Visum sibi est tunc Roma uicere cum legionē suā integrā occidit: quæ sine dubio uicta fuisset: si eā hostili p̄celio pdidisset.

Octauæ
legionis
facinus.

Prodigia Romæ uisa.

Prodigia

Nno ab urbe cōdita. cccclxxvii. obscena & dira pdigia uel uisa Romæ: uel nūciata sūt. Aedes salutis ictu fulmīs dissoluta: pars mori sub eodē loco de cælo ut dicūt tacta est. Lupi tres añ lucē ingressi urbē semesū cadauer itulerūt sparsūq; mēbratim i foro ipsi strepitu hoīum exterriti reliquerūt. Apud Phormias multis ictib; fulminū moenia undiq; ambusta & dissoluta sūt. Apud agrū Calcenū repēte flāma scisso hiatu terræ eructata trib; dieb; & trib; noctib; terribiliter exæstuas quinq; agri iugera exhausto penitus succo ubertatis i cinerē extotruit ita: ut nō fruges solū: sed & arbores cū imis stirpib; absumpsisse referat. Sequēti abhic anno Sēpronius cōsul aduersus Picētes duxit exercitū. Et cū directe itra iactū teli utraq; acies cōstitisset: repēte ita cum horre do fragore terra tremuit ut stupore miraculi utrūq; pauēfactū agmē hebesceret. Diu attoniti utrūq; populi hæsitauere. Præiudicata incesti cōsciētia tādē p̄cursu cōcito iniere certamē. Triste adeo id bellū fuit: ut merito dicat tñ sanguinē humanū susceptura ēt cū gemitu horrisono tunc terra tremuisse. Romani q; pauci admodū eo p̄celio eualeserūt.

Sanguis e terra lac uisū ē emanare de cælo. Nno ab urbe cōdita. cccclxxx. inter pdigia: sanguis e terra: lac uisum manare de cælo. Nā & plurimis locis scaturies e fontib; cruor fluxit: & de nubib; guttatim i spēm pluuiæ lacte demisso: diris: ut ipsis ui-

Pœnorū
fraus.

sum est: terrā imbrib; irrigauerūt. Eo tpe Carthaginēsis dato aduersum Romanos auxilio Tarentinis: cū a senatu p̄legatos arguerent: turpissimā rupti fœderis labē præsumpto accumulauere p̄iurio. Tūc ēt Vulciniēsēs Hetruscoꝝ florētissimi: luxuria pene piere: nā cū licētia i cōsuetudine progata: seruos suos passim liberos facerēt cōuiuīs alligarēt: cōiugiis honestarēt: libertini i p̄tem p̄tatis recepti plenitudinē p̄ scelus usurpare moliti sunt: & liberati seruitutis iugo ambitu dñationis arserunt: & quos dños subditi eq̄nimiter dilexerunt: eos iā liberi quos dños fuisse meminerāt: execrati sunt. Itaq; cōspirātes i facinus libertini: quorū tāta manus fuit: ut sine cōtrouersia ausu potirent: correptā urbem suo tñ generi uēdicāt: p̄rimonia cōiugiq; dñorū sibi p̄ scelus usurpāt: extorres dños p̄cul abi-

LIBER Q VARTVS

gunt qui miseri: exules egentescq; Romā deferunt: ubi ostērata miseria: querelaq; defleta per Romanorū seueritatē & uindicati sunt & restituti. Anno ab urbe cōdita. cccc. lxxx. primo pestilentia ingens apud Romā cōflagrauit: cuius atrocitatem significare cōtentus sum: quia uerbis implere nō possum. Si enim spaciū tēporis: quo mansit: inquirēt: ultra biēniū uastando porrecta est: si depopulatio quā egerit: census indictus est: qui nō q̄tum hominū deperisset: sed quāq; super fuisset inquireret: si uiolentia qua id fecerit: sibyllini libri testes sunt: qui eā cœlesti ira impositā rñderūt. Sed ne quēq; quasi tentatio cauillationis offendat: quod cū sibylla iratos deos dixerit: nos irā cœlestem dixisse uideamur: audiat & intelligat: q; hęc & si plærūq; per aereas potestates fiūt: tamē sine arbitrio omnipotentis dei oīno nō fiunt. Eodē tēpore Capparonia uirgo uestalis incesti rea suspēdio periit: corruptor eius consciiq; serui supplicio afflicti sunt. Ecce cōtinuatim quæ & q̄ta numeramus: accidisse annis singulis plurima: inter quos certe raro aut pene nullo nihil triste gestū est. Et hoc cū iidē scriptores pposito sibi magis laudādi negotio cauerēt numerositates miseriaq;: nec eosdē qbus hęc & de qbus scribebant ostenderent: auditoresq; suos exēplis præteritorū terrere potius: q̄ instruere uiderent. Porro aut nos in ultimo tēporē positi mala Romanorū scire nō possumus: nisi per eos: qui laudauere Romanos. Ex quo intelligi datur: q̄ta illa fuerint: quæ studio ppter horrorem impressa sunt: cum tanta inueniantur quæ tenuiter inter laudes emanare potuerūt.

Pestilentia

Vestalis
incesta

Bella punica.

T quoniā ex hoc iā punica bella succedūt res ipsa exigat ut de Carthagine quæ ante urbē Romā duos & lxx. annos ab Elisa cōdita iuenit: deq; ei⁹ cladib⁹ ac domesticis malis sicut Pōpetus Trogus & Iustinus exprimūt: uel pauca referant. Carthaginēses uelut uernaculū atq; intestinū sempiternū se malū habuere discordiā: qua infeliciter exagitāte nulla unq; tpa uel foris pspa uel domi q̄ta duxerūt: sed cū inter cætera mala ēt pestilentia laborarēt: homicidiis pro remediis usi sunt. Quippe hoīes ut uictimas imolabāt: ætatēq; imuberē: quæ ēt hostiū misericordiā puocaret: aris admouebant: De quo sacrorū: imo sacrilegiorū genere: qd potissimū discutiēdū sit: nō iuenio. Si. n. hmōi ritus aliq; dæmones præcipe ausi sunt: ut mortib⁹ hominū occisione hominū satisficeret: intelligendū fuit se oparios atq; adiutores pestilentie cōduci: ut ipsi: quos illa nō corripuisset: occiderent. Sanas. n. atq; incorruptas offerri hostias mos est: ita ut illi nō sedarēt morbos: sed præuenirēt. Itaq; Carthaginēses aduersis diis ppter istiusmodi sacra: sicut Pōpeius Trogus & Iustinus fatent: sicut ēt apud nos constat ppter præsumptionē impietatēq; ipsorū irato deo cū in Sicilia diu infeliciter dimicassent: translato in Sardinia bello iteq; infeliciter uicti sunt: ppter q; ducē suū Mezeū & paucos q; supfuerāt milites exulare iusserunt. Exules ueniā p legatos petētes repulsi patriā bello & obsidione cinxerunt. Ibi tūc Mezeus dux exulū Chartalonē filium suū sacerdotē Herculis: q; sibi uelut insultās purpuratus occurrerat: in crucē sub oculis patriæ ut erat dignus: cū purpuris infulisq; suspēdit. Post paucos autem dies urbē ipsam cæpit: q; cū interfectis plurimis senatorū cruenta dñaret: occisus est. Hęc tpiibus Cyri Persarū regis gesta sunt. Post hęc uero Hamilcho rex Carthaginēsiū cū i Sicilia bellū gereret: repēte horribili peste exercitū amisit. Nec mora morbis: populo cateruatim cadēte: cito qsq; correcho.

Mezeus

Chartalo

Hamilcho

ptus mox mortuus iā nec sepeliebatur: cuius mali nūcius cū attonitā tā repētino
 luctu Carthaginē repleuisset: nō secus: ac si capta esset: turbata ciuitas fuit. Oīa
 ululatibꝫ p̄fōabāt clausæ ubiqꝫ ianuæ: cūcta priuata publicaꝫ officia dānata: uni
 uersi ad portū currūt: egrediētēsqꝫ de nauibꝫ paucos qꝫ cladi sup̄fuerāt de suis p̄
 cunctabant. Postqꝫ de clade suorꝫ dicētibꝫ illis uel gemētibꝫ miserī intelligūt: tūc
 roto littore plāgētū uoces: tūc infœliciū matrū ululatus & flebiles querelæ au
 diebant. Inter hæc exiēs p̄cedit & ipse de nauī sua ip̄ator sordida & seruili tuni
 ca discinctus. Ad cuius conspectū plāgētia iungunt agmina. Ipse quoqꝫ manus
 ad cœlū tēdēs nunc suā: nūc publicā infœlicitatē accusat & deflet: ad postremū
 uociferās p̄ urbē: tādē ingressus domū cūctos qui lachrymātes p̄sequebant: ulti
 mo dimisit alloqꝫ: ac deīde obseratis ianuis exclusis ēt filiis gladio dolorē uitāqꝫ
 finiuit. Hæc Darii t̄pibꝫ gesta sunt. Post hæc Hāno uir qdā Carthaginēsis priua
 tis opibꝫ rei. p̄ uires supans: inuadēdæ dñatiōis hausit cupiditatē. Cui rei cōsiliū
 utile ratus est: ut simulatis unicæ filiæ nuptiis oēs senatores quorꝫ dignitatē ob
 stitūrā incæptis suis arbitrat: iter pocula ueneno necaret. Quæ res p̄ ministros
 p̄dita: sine ultiōe uitata est: ne ī uiro potēti plus negocii res faceret cognita q̄ co
 gitata. Hoc cōsilio elusus Hāno alio machinamēto facinꝫ aggredi parat. Seruī
 tia cōcitāt: q̄bꝫ repēte incautā urbē opprimeret. Sed cū ante statutā cædibꝫ diē
 p̄ditū se præuētūqꝫ intellexisset: castellū quoddā cū uiginti milibꝫ seruoꝫ arma
 tus occupat: ibidū Aphros regēqꝫ mauroꝫ cōcitāt: captꝫ est: ac primo uirgis cæ
 sus: deīde effosis oculis & manibꝫ cruribusqꝫ fractis: cū a singulis mēbris pœna
 exigere: in cōspectu populi necatus est. Corpus uerberibꝫ laceratū crucifixū ē:
 filii cognatqꝫ oēs supplicio traditi: ne q̄s eū eiisdē familiæ unqꝫ aut imitari: aut
 ulcisci meditare. Hæc t̄pibꝫ Philippi gesta sunt. Post hæc Carthaginēses cū Ty
 rū urbē auctore originis suæ: ab Alexādro magno captā euersamqꝫ didicissent:
 timētes trāsītū eius ī Aphricā futurꝫ: Hamilcharē quēdā cognomēto Rhodanū
 uirꝫ facūdia solertiaqꝫ præcipuū ad p̄scrutādos Alexādri actus direxerūt: qui p̄
 Parmenionē q̄si transfuga excæptus dehinc in militiā regis admissus oīa ciuibꝫ
 suis p̄ tabellas scriptas: & post cæra sup̄litas enunciabat. Hūc mortuo Alexādro
 Carthaginē reuersum: q̄si urbē regi uēdicasset: nō ingrato tm̄ aīo: uerꝫ ēt crude
 li inuidia necauerunt. Deīde cum assidua: nec unqꝫ latis p̄spa aduersus Siculos
 bellā gererēt: & Syracusas urbē Siciliae tunc florētissimā obsidione cinxissent:
 per Agatoclē Siciliae regē miro circūuenti ingenio usqꝫ ad extrema despationis
 adducti sunt. Nāqꝫ Agatocles cum apud Syracusas a Carthaginēsibꝫ obsideret
 ac se neqꝫ bello parē instructu copiarꝫ neqꝫ obsidiōis patientē stipēdiōꝫ sufficiē
 tia uideret: bene p̄uiso: ac melius dissimulato cōsilio in Aphricā cū exercitu trā
 siit. Ibi suis qd̄ molliat̄ apit: deīde quid facto opus sit: docet. Ilico unanimiter
 naues primum: in quibus uenere incēdunt nequa spes refugiendi foret. Deīde
 cum oīa in quæ direxisset: p̄sterneret: uillas castellaqꝫ incēderet: Hānonē quen
 dam cum xxx. M. Pœnoꝫ obuiū habuit: quē cum duobus. M. suorꝫ interfecit.
 Ipse autē duos in eo bello tantū perdidit. Quæ pugna & Aphroꝫ animis incre
 dibiliter fractis & suorꝫ ī imensum auctis urbes castellaqꝫ expugnat: prædas in
 gentes agit: hostium multa milia trucidat. Castra deīde ad quintum lapidem a
 Carthagine statuit: ut damna rerum opulentissimarꝫ uastationemqꝫ agroꝫ & in

Hamil
 chonis
 mors.

Hānonis
 facinus

Hamil
 charis fi
 des.

Agato
 clis faci
 nus.

LIBER Q VARTVS

cendia uillarū de muris ipsius urbis specularent. Adiciē præsētibz malis tri-
 stior fama. Nā & apud Siciliā deletus cū impatore Aphroꝝ exercitus nunciat:
 quē reuera incautū ac pene ociosum Andro Agatoclis frater oppresserat. Hoc p
 totā Aphricā rumore dispsō non tributariā tm̄ urbes ab his: ueꝝ etiā socii reges
 deficiebāt: inter quos rex quoq; Cyrenarū Appellas pactus est cū Agathocle cō-
 munionē belli: dū regnū Aphricæ ardēter affectat. Sed postq̄ in unū exercitus
 & castra iūxerūt: p̄ Agathocle blādimentis & insidiis circūuētus occisus est. Car-
 thaginēses cōtractis undiq; copiis ī bellū exarsere. Quibꝰ Agathocles hñs secū Carthagi-
 Apellæ copias cōgredit: eosq; magno utriusq; exercitus sanguine & graui præ- nensium
 lio supat. Hoc certaminis discrimine tāta desp̄atio pene illata est: ut nisi ī exerci- strages
 tu Agathoclis orta seditio fuisset: transfugiturus ad eū Hamilchar dux Pœnoꝝ
 cū exercitu fuerit. Ob quā noxā ī medio foro iussu Carthaginēsiū patibulo affi-
 xus crudele spectaculū suis præbuit. Deinde cū post mortē Agathoclis Cartha-
 ginēses Siciliā instructa classe uastarēt: a Pyrrho rege Epiri ab Italia accersito:
 terrestri naualiq; certamine sæpe supati nouissime ad Romana bella cōuersi sūt.
 Prohdolor: legūt ne ista de ueteribꝰ: qui de recētibꝰ cōquerunt: imo legūt: & ea
 nō æqtate sed æmulatione coniciūt. Maximo. n. illo & ineffabili: quē nec ipsi di-
 scernūt: stimulo cōpūgunt: nō pp̄ tēpora mala: sed pp̄ tēpora christiana: & deri-
 uatio est inuidi ulceris: ut qcq; agit sub execrabili: atrocius esse uideat: sicut ē
 inter nos sæpe inimicoꝝ oculis uideri solet eos: quos execrant: nihil nō prauū:
 nihil nō turpe: nihil nō obscœnum: nihil nō uulnerosum dicto factoue agere: &
 hoc tm̄ simpliciter. In tantū. n. captū cor obliquat inuidia: ut rectū natura nō ui-
 deat: de quoꝝ numero sunt isti. Sed multo miseriore: q̄a inimici dei ac p̄inde ini-
 mici ueritatis: de q̄bus flentes hæc dicimus: & quos misericorditer si patiant ar-
 guimus: ut sanemus: qui uitioso oculo hæc uidēt: atq; ideo duplicia illis uident:
 quæ uident: & cōfusi caligine neqtia in id cadūt: ut minus uidēdo plus uideāt:
 cū tm̄ id quod est: ita ut est uidere nō possint: qui grauiora arbitrant flagella pa-
 tris q̄ hostis incendia: qui acerbiorē uocant blandientē: admonentē: & redimētē
 deum: q̄ p̄sequentē: dominantē trucidantēq; diabolum: q̄q̄ si de patre intellige-
 rent: de castigatione gauderēt: & si præuideret fructus eruditionis: esset discipli-
 na tollerabilis: ac pp̄ sp̄e: quæ nunc gētibus data est: ante uero nō fuerat: leuiora
 ducerent: & si grauiora paterent: q̄q̄ cōtemptus miseriaꝝ possunt etiā a suis di-
 scere: apud quos sūma mala pro sūmis bonis existimata sunt tantū: ut gloriā fa-
 mæ cælebrē atq; illustrē cōsequerent: p̄ quos colligi dat: q̄ta nobis: q̄bus æterni-
 tas beata p̄ mittit: sint tollerāda pro uita: cū illi tāta potuerit tollerare pro fama.

Romani Siculos & Pœnos uicerunt: & Regulus serpentem miræ magnitu-
 dinis interfecit.

Nno ab urbe cōdita. cccc. lxxxiii. Appio Claudio & Quinto Fabio
 a consulibus: Mamertinis: quoꝝ Messana nobilis Siciliae ciuitas erat:
 auxilio cōtra Hieronē Syracusanum regē: & Pœnoꝝ copias Hieroni Hiero ui-
 iūctas Appiū Claudiū cōsulē cū exercitu misere Romani: qui tā celeriter Syra-
 cusanos Pœnosq; supauit: ut ipse quoq; rex rex magnitudine p̄territus ante se ui-
 ctum q̄ cōgressum fuisse pdiderit: qui ex infractis uiribus amissaq; fiducia: cum
 pacem supplex rogaret. cc. argenti talentis iussu consulum mulctatus accepit.

Consules itaq; Agrigentū Siciliae ciuitatē aduentē: ibi praesidia Pœnoꝝ opibus ualloq; cinxerūt. Cūq; inclusus ea obsidione senior Hānibal impator Pœnoꝝ ad summā egestatē redactus esset: Hāno impator nouus Carthaginensiū cū equitibus. M. d. & .xxx. peditū milibus. xxx. etiā elephantis ex improviso intercessit: expugnationēq; ciuitatis paulisp distulit: sed cōtinuo ciuitas capta est. Pœni maximo bello uicti & pfligati. xi. elephantis in potestatē redacti. Agrigētini sub corona oēs uenditi sunt. Hānibal senior facta cū paucis eruptione diffugit. Gneo Cornelio Asina & Gaio Duilio cōsulibus: cū Hānibal senior orā Italiae maritimā instructa. lxx. nauium classe uastaret: Romani & ipsi classē fabricari atq; instrui praecipuūt: quod Duilius cōsul celeriter impleuit. Nā intra. lxx. diē qua arbores caesae erāt. c. xxx. nauium classis deducta in ancoris stetit Cornelius Asina cōsul alter cū. xvi. nauibus Liparā insulā petit: ubi ab Hānibale: quasi ad colloquium pacis euocato: Punica fraude captus: atq; in uinculis necatus est. Quod ubi Duilius alter cōsul audiuit: cū. xxx. nauibus aduersus Hānibalē pfectus est. Cōmisso nauali pœlio Hānibal amissa nauis: qua uehebat scapha subductus au fugit. xxx. naues eius & una captae. xiii. mersae. iii. M. hominum occisa. vii. M. capta referunt. Postea Carthaginēses Gaio Aqlio Floro & Lucio Cornelio Scipione cōsulibus Hānonē in locū Hānibalis subrogatū pro Sardis Corsis defendendis: nauali pœlio praefecerūt: qui a Scipione consule uictus: amisso exercitu ipse cōfertissimis hostibus se imiscuit: ibiq; interfectus est. Eodē anno. iii. M. seruoꝝ: & .iiii. M. naualiū socioꝝ in urbis Romae excidiū cōiurarūt: & nisi maturata p̄ditio cōsiliū praueuisset: destituta praesidio ciuitas seruili manu periisset. Anno ab hoc proximo Calatinus cōsul Cameriā Siciliae urbē petens temere in angustias deduxit exercitū: quas Pœnoꝝ copiae iādudū praestruxerāt. Cui cū oīno nulla uel obsistēdi uel euadēdi facultas esset: Calpurnii flāmae uirtute & ope liberatus est: qui lecta. ccc. uiroꝝ manu infessum ab hostibus tumultū occupauit: & in se Pœnos oēs pugnādo cōuertit donec Romanus exercitus obsessas angustias hoste nō urgēte transfiret. Caesi sunt in eo pœlio oēs. ccc. solus Calpurnius quis multis cōfossus uulneribus & cadaueribus obtectus euasit. Hānibal senior a Carthaginēsis itere classi praepositus infeliciter cū Romanis nauali pœlio cōgressus & uictus est: ab exercitu suo seditione orta lapidibus cooptus interiit. Attilius cōsul Liparā Melitāq; insulas Siciliae nobiles puagatus euertit. Cōsules in Aphricā iussi trāsterre bellū cū. ccccxxx. nauibus Siciliae petierūt: quibus Hamilchar Pœnoꝝ impator & Hāno classi praefectus occurrit. Cōserto nauali pœlio Carthaginēses in fugā uersi. lxxiii. naues pdiderūt. Victores cōsules in Aphricam cōuersi sunt. Primāq; omniū Clipeā urbē in deditiōē recaperūt. Inde Carthaginē petentes. ccc. aut eo amplius castella populati sunt: infestaq; Carthagini signa circūtulerūt. Manlius cōsul ab Aphrica cū uictrici classe decedens. xxvii. M. captiuoꝝ cū ingētibus spoliis Romā reuexit. Regulus bellū Carthaginēse fortitus: iter cū exercitu faciēs haud p̄cul a flumine Bragada castra cōstituit: ubi cū plurimos militū aquādi necessitate ad flumē descēdentes serpēs mirae magnitudinis deuoraret: Regulus ad expugnādā bestiā cū exercitu pfectus est. Sed nihil in tergo eius p̄ficiētibus iaculis atq; omni teloꝝ ictu irritō: quae per horrendam squamaꝝ cratē quasi per obliquā scutoꝝ testudinē labebat. Mirūq; in mo/

Hāniba
lis senio/
ris fuga

Roma/
noꝝ suc/
cessus

Calpurni
nii faci/
nus.

Serpens
mirae ma
gnitudi/
nis.

LIBER Q VARTVS

dum ne corpus læderet ab ipso corpore pellebant: cū insup magnā multitudinē morfu cōminui: impetu proteri: halitu etiā pestifero exanimari uideret: ballistas deferri imperauit per quas saxū murale spinæ eius incussum cōpagē totius corporis dissoluit. Talis siquidē est natura serpētis: ut cū pedibus carere uideat: costis tñ & squamis quas a summo gutture usq; ad imā aluum parili mō dispositas habet: ita instruat ut squamis: quasi unguibus: costis quasi cruribus innitatur. Non. n. ut uermis: cui spinæ rigor nō est & in directū corpusculi sui partes gradatim porrigēdo cōtractas: cōtrahēdo porrectas motū explicat: sed alternis intēra conatibus latera sinuosa circūfert: ut p exteriorē spinæ curuaturā rigentē costarum aciē tendat: costis aut natura ad summū rectis squamæ unguilas figat: quod uicissim & celeriter agēdo nō solū plana plabit: sed etiā cōuexa cōscēdit: tot uestigiis instructa: quot costis. Huius itaq; rei causa est: ut si in qualibet corporis pte ab aluo usq; ad caput iectu aliquo collidat: debilis reddita cursum hīe nō possit: qā ubicūq; illi ictus incidit: spinā soluit: per quā costarū pedes & motus corporis agebantur. Vnde etiā hīe serpēs qui tādiu tot iaculis inuulnerabilis obstitit: ad unius saxi ictū debilis cessit: ac mox circūuentus telis facile oppressus est. Coriū aut eius Romā deuectū: quod fuisse. cxx. pedū spatio ferūt: aliquā diu cunctis miraculo fuit. Regulus aduersus tres impatores idest Hasdrubales duos & accitū ex Sicilia Hamilcarē atrocissimū bellum gessit: in quo cæsa sunt Carthaginensiu. xvii. M. capta autem. v. M. elephanti. x. & .viii. abducti: oppida .lxxxii. in deditiōe cessere Romanis. Carthaginēses fracti bellis: & cladib; exinaniti pacē a regulo poposcerūt sed cum intolerabiles & duras cōditiones pacis audissent: tuti; rati sese armatos mori q̄ miseros uiuere: precio nō solū Hispanorū uel Galloꝝ auxilia quæ iā dudū plurima habebāt: sed etiā Græcorū cōparāda duxerūt. Itaq; Xanthippū Lacedæmonioꝝ regē cū auxiliis accitū ducē bello præfecerūt. Xanthippus inspectis Pœnoꝝ copiis atq; in cāpū deductis: longe in melius mutato apparatu: pugnā cū Romanis inseruit. Ingēs ibi ruina uiriū Romanarum fuit. Nā. xxx. M. Romanoꝝ militū in illa tūc cōgressione pstrata sunt. Regulus ille dux uir nobilis cū. d. uiris captus est: & ī catenas cōiectus. decimo demū anno Punici belli nobile triūphū Carthaginēsi; præbuit. Xanthippus tā audacis facti cōsciū regē instabiliū mutationē timēs ilico ex Aphrica migravit in Græciā. Igit; Aemili; Paulus & Fului; nobilior cōsules audita captiuitate reguli & clade exercitus Romani trāsire ī Aphricā cū classe. cc. nauiu iussi Clipeā petunt. Eo Carthaginēses cū pari classe cōfestim uenerūt: nec differre potuit nauale certamē. ciiii. naues Carthaginēsiū demersæ. xxx. cū pugnatoribus captæ. Præterea. xxxv. M. militū cæsa sunt. Romanoꝝ aut nouē nauibus deprehensis .M. c. periere milites. Cōsules aut Clipeæ castra posuerūt. Duo Hānones impatores Pœnoꝝ eo rursus cū exercitu magno cōuenerūt. Proelio cōmisso. ix. M. militū pdiderūt. Sed & tunc apud Romanos nūq; diuturna fœlicitas erat: & qualescūq; successus magnis cōtinuo malorū molibus obruebant. Cum itaq; Romana classis ad Italiā prædis onusta remearet: infando naufragio euerfa est. Nam ex. ccc. nauibus. cc. xx. pierunt. lxxx. uix abiectis oneribus liberatæ sunt. Hamilcar dux Pœnoꝝ cū exercitu in Numidiā Mauritaniāq; missus: postq; hostiliter eruēteq; in uniuersos egit: q; regulū libēter suscepisse dicerent. M. argēti talētis. norum

Regulus

Xanthippus

Paul; Aemilius
Fuluius

Naufragia duo
Romanoꝝ

&.xx.M.boum reliquos condemnauit. Principes autē oīum populorū patibulo suffixit. Tertio anno sicut semp indomitus furor cito piculorū obliuiscit. Seruius Cæpio & Sēpronius Blesus cōsules. cclx. nauibus in Aphricā trāsgressi uniuersam orā maritimā: quæ circa syrtes iacet: depopulati sunt: atq; in supiora progressi: captis euerfisq; ciuitatib; plurimis ingentē prædā ad classem deuexerunt. Inde cum ad Italiā redirēt: circa Palinuri p̄montorium: quod a Lucanis montibus in altum excurrit: illisi scopulis. c.l. naues onerarias nobilēq; prædā crudeliter acq̄sitā infœliciter pdiderunt. Vicit aliq̄n apud Romanos improbissimā cupiditatē enormitas miseriæ. Nā p̄res: quibus nauticæ rei iam pertesum erat: decreuere ne amplius q̄.lx. nauium classis ad subsidium haberet Italiæ: quod q̄dem decretum cōtinuo adacti indomita cupiditate rupunt. Præterea Cotta cōsul in Siciliam trāsgressus plurimis præliis aduersus Pœnos & Siculos terra mariq; pugnavit: & p̄ totā Siciliā partim hostiū: partim etiā sociorū inhumanas strages reliquit. Lucio Cæcilio metello Gaio Furio Placidio cōsulib; Hasdrubal nouus

Carthaginiensium strages.

Carthaginensium impator cum elephātis. c. xxxiii. & eq̄tum: peditumq; amplius .xx. M. Lilybeum uenit ex Aphrica: & cōtinuo cū Metello cōsule apud Panormū pugnā cōseruit. Sed Metellus uim magnā belluarū timens prius cas magni usus cōsilio uel in fugā: uel in mortē egit: & sic facile quis magnā uim hostium supauit. xx. M. Carthaginensium ī eo prælio cæsa sunt. Elephāti quoq; .xxvi. interfecti. ciiii. capti: & p̄ Italiā ducti maximū Italis gētib; spectaculū præbuerunt. Hasdrubal cū paucis Lilybeum pfugit: atq; absens a Pœnis capite dānatus est.

Carthaginenses deuicti pacem a Romanis petierunt.

Reguli mors.

Post hæc fessī tot malis Carthaginenses pacē esse petēdā a Romanis decreuerunt: Ad quā rē Attilium regulum antea ducē Romanū: quē iā per q̄nq; annos captiuū detinebāt: inter cæteros legatos præcipue mittēdum putauerunt: quē nō impetrata pace ab Italia reuersum: resectis palpebris illigatum in machina uigilādo necauerunt. Alter deinde Attilius Regulus & Mālius Vulso ambo bis cōsules cum classe. cc. nauium: & .iiii. legionibus Lilybeum p̄fecti sunt: quod oppidū in p̄mōtorio situm Romani obsidere conati: supueniēte Hānibale: qui Hamilcharis fuit filius uicti: maiore exercitus sui parte perdita: ipsi ægre euaserunt. Post hos Claudius cōsul cum classe. cxx. nauium ad drepani portum contra hostē p̄fectus: ibiq; mox exceptus classe Pœnorū supatus est. Et ipse quidē cum .xxx. nauib; Lilybeum in castra cōfugit. reliquæ oēs. hoc est. lxxxx. aut captæ aut demersæ fuerunt. viii. M. militū cæsa. xx. M. capta referunt.

Naufragium.

Gaius quoq; iunior collega Claudii uniuersam classem naufragio amisit. Anno etiā cōsequēti classis Punica in Italiā trāsiit. Eiusq; plurimas partes lōge lateq; uastauit. Interea Lucretius cum classe. cc. nauium in Siciliā trāsuēctus: dum apud Drepanum ciuitatē pugnā inter primores Siciliæ cietet: transfixo femore ægerrime cum iā obrueret erectus est. Porro autē Pœni cum .cccc. nauibus magnisq; copiis ad Siciliā duce Hānone cōcurrunt. Nec tamen Lucretius segnior: imo cōsilia Pœnorū celeritate mira præuenit. Postq̄ p̄xime sibi utrorumq; classes apud Aegades insulas per totā noctem intertextis p̄p̄modum ancoris cōstituerunt: orta luce prior Lucretius signum bello dedit. Crudescente pugna uictus Hāno nauē auertit: & dux fugæ primus fuit. Aliq̄ta cū eo pars exercitus sui Aphricā

LIBER Q VARTVS

petunt. Alii cōfugere Lilybeum sexaginta tres Punicæ naues captæ sunt. cxxv. demersæ. xxxii. M. hominum capta. cæsa. xiiii. M. fuere. Romanorū aut. xii. naues demersæ sunt. Luctatius deinde ad Ericinam ciuitatem: quā Pœni tenebant: uenit. Ibiq; duo. M. Carthaginensium conserta pugna interfecit.

Carthaginenses petitam pacem consequuntur.

Vnc Carthaginenses præcipiti festinatione ad Luctatium cōsulem ac deinde Romā mittunt: Orant pacem: quā cōditionibus ante ppositis ilico cōsequuntur. Conditiones aut erant ut Sicilia Sardiniaq; decederent: pro quo impensis bellicis puri argenti. iiii. M. talentorū Euboicorū: æquis pēsionibus per annos. xx. pēderent. Huius pacis cōditio habita est post annū. iiii. &. xx. ex quo bellū Punicū primū fuerat inchoatū. Quis rogo duarū ciuitatū unū bellū per annos. xxiii. gestū fando explicet: quos reges Carthaginensium: quot cōsules Romanorū: quot agmina exercituum: quātū numerū nauium cōtraxerit: profli- garit: oppresserit: & tum demū si illa ad plenū perpēsa uideantur: de præsentib9 iudicet. Anno ab urbe cōdita. dvii. repentina subuersio ipsius Romæ præuenit triumphū Romanorū. Neq; enim temere dixerim quādo nō uel modicā læticiā Romæ supueniens repēte q̄grauissimus luctus oppresserit. Si quidem Q unito Luctatio Catulo Aulo Mālio cōsulibus diuersæ igniū aquarūq; clades pene absumpsere urbem. Nā Tyberis insolitis auctus imbrib9: & ultra opinionē uel diu- turnitate uel magnitudine redūdās oīa Romæ ædificia in plano posita deleuit. Diuersæ qualitates locorū ad unā cōuenere perniciē: quoniā quæ segnior redun- datio tenuit: madefacta dissoluit: & quæ cursus torrētis inuenit: impulsā deiecit. Aquarū grauissimā cladē grauior ignis secuta uastatio est: qui ignis icertū unde snrrexit plurimas ciuitatis partes puagatus: cū hominū domorūq; miserabilē stragē fecisset: tū etiā tantū opum uno incendio cōsumpsit: q̄tū plurimæ & pere- grinæ uictoriæ cōferre nō possent. Dehinc cū oīa in circuitu fori popularetur: ædem Vestæ corripuit. Et nec sibi siqdē diis subueniētibus: ignē illū qui æter- nus putabat: tēporarius ignis oppressit. Vnde etiā Metellus dū arsueros deos eri- pit: uix brachio semiusto ablati aufugit. Tito Sēpronio Gracco & Gaio Vale- rio Fultone cōsulibus cū Phaliscis bellauere Romani. Eoq; pcelio. xv. M. Phali- scorū interfecta sunt.

Tyberis
inūdatio

Vrbis in
cendium

Galli bellum Romanis intulerunt.

Odem anno Galli Cisalpini noui extitere hostes: aduersum quos ua- ria sorte bellatum est. Nam in primo cōflictu Valerio consule. iiii. M. .d. cecidere Romanorū. Secundo. xiiii. M. Galloz cæsa. ii. M. capta sunt. Sed ob priorē cladem triumphus cōsuli denegatus est. Tito Manlio Tor- quato. Gaio Attilio Bubulco consulibus Sardinia insula rebellauit: aucto- ribus Pœnis: unde mox Sardi subacti & oppressi sunt. Carthaginensibus aut uiolato- ribus pacis: quā ipsi poposcissent: inferri bellū decretum est. Contra Carthaginē- ses pacem suppliciter poposcerunt. Et cum hi missis legatis nihil pfecissent: post etiā. x. principibus bis æque supplicantibus nec impetrarent: nouissime Hānonis hominis minimi inter legatos oratione meruerūt. Hoc anno porta Iani gemini clausa est: quia nusq̄ eodem anno bellum erat: quod sub Numa solum Pompilio rege prouenerat. Hic demum nobis tacendum est: & quia tempora quidem cō- ferri nostra nullo modo possunt: silentio trāsmitti expedit: ne obtrectatores diez

Porta Ia
ni clausa

uitæ suæ ad insultandum potius sibi hoc strepitu suscitemus. Ecce portæ Iani clausæ fuerunt. Foris bellum Romanorū non fuit. Omnem sobolem suā in gremio suo cōquiescentem Roma continens nō superauit.

Post primū punicū bellum Roma uno anno post. cccc. lx. annos quieuit.

T hoc quādo: post primū bellum Punicum. post quantum temporis: post annos quadringētos sexaginta. quādiu: anno uno. & quid altero subsecutum est: ut de cæteris taceam: bellum Gallicum: & Hannibal cum bello Punico secūdo. Heu mihi cognouisse hæc & denudasse. Quinetiam me pudet. pax ista unius anni: uel magis umbra pacis. lenimētū miseriarum: an incentiuum malorū fuit: stillicidium istud olei in mediū magnæ flāmæ cadens extinxit fomitem tanti ignis: an aluit: Parū aquæ frigidæ ardentissimis haustū in febribus sanauit ægrotū: an potius incendit: per annos ppe. dcc. idest ab Hostilio Tullo usq; ad Cæsarem Augustū una tantūmodo æltate Romana sanguinem uiscera non sudarunt. & inter plurimas magnorū sæculorū ætates misera ciuitas: uere misera mater: uix uno tēpore a timore luctuū: ut non dicam ab ipsis luctibus conquieuit. Hoc si quisquā hominū tam parum in uita sua quietis habuisset: nūquid uel uixisse diceretur: Aut si quisquā per totum annum dolorib; & cruciatibus angatur: medio autē anni ipsius spatio unū tantū diem tranquilum: & sine cōflictationibus transigat: nūquid ex eo die leuamentū malorū accipiet: ac nō totum annū miseris deputabit: Sed illi inquit hunc annum pro glorioso signo infatigabilis uirtutis collocauerunt: atq; utinā pro obliuione calamitatis cōtinuæ præterissent. Nam sicut in corpore hominis ita demū dignoscitur lepra: si uariatim iter sanas cutis partes color diuersus appareat: at si ita se ubiq; diffundat ut omnia unius coloris: quis adulterari faciat perit illa discretio: ita si labor cōtinuus æquli tolerantia: sine respirandi appetitu perfluxisset: intentio uoluntatis & electio cōsuetudinis diceretur. Cum aut in hoc pauillū ocii tantope uel maiorū gaudia: uel minorū studia reclinantur: pfecto discernitur: & quā iocunditatē habuerit hæc breuitas: & quā amaritudinē illa plixitas: hoc est. quies illa q̄ grata fuisset: si diuturna mansisset: & hæc incessabilis miseria q̄ etiam uitā da fuerit: si uitari quacunq; potuisset. Anno ab urbe cōdita. dcxliiii. Hamilchar dux Carthaginensium ab Hispanis in bello cū aliud bellū aduersus Romanos clā pararet: occisus est.

Hamil/
charis
mors.

Legati Romanorū ab Illyriis interfecti:

Equenti anno legati Romanorū ab Illyriis interfecti sunt. Post cum

ipsis Illyriis atrocissimū bellum gestum est in quo multis oppidis populisq; deletis: reliqui se Fulvio Posthumioq; consulibus dederunt.

Tertio deinceps anno miserā ciuitatem sacrilegis sacrificiis male potentes funestauerunt pontifices. Nāq; decem uiri consuetudinē prisæ superstitionis aggressi Gallum uirum & Gallam fœminā cum muliere simul Græca in foro boario uiuos defoderūt. Sed obligamentū hoc magicū in contrariū cōtinuo uersum est. Nāq; diras illas: quas fecerant externorū mortes fedissimis suorū cædibus expiauerunt. Siquidem Lucio Aemilio Catulo Gaio Attilio Regulo consulibus magna formidine cōsternatus senatus defectione Cisalpinæ Galliæ: cum etiā ex ulteriore Gallis ingens aduentare exercitus nunciaretur: maxime gessatorū quod nomen non gentis sed mercenariorū Gallorum est. Itaq; permoti consules totius

Galloꝝ
ipetus.

LIBER Q VARTVS

Italiae ad praesidium imperii contraxere vires. Quo facto in utriusque consulis exercitu. dccc. M. armatorum fuisse referuntur: sicut Fabius historicus: qui eidem bello interfuit: scribit. Ex quibus Romanorum & Campanorum fuerunt peditum. ccclxviii. M. Equitum vero. xxvi. M. dc. caetera multitudo sociorum fuit. Commisso praelio apud Arretium Attilius consul occisus est. lxxx. M. Romanorum: nec saltem tanta: quanta eos terrere debuit: caesa sui parte fugerunt. Nam. iiii. M. eorum tunc interfecta historici tradunt: quod ideo ignominiosius turpiusque est. tam paucis amissis tanta agmina diffugisse: quia se in aliis uictoriis non uiribus animorum praeualuisse: sed bellorum prouentibus prodiderunt. Quis enim rogo in exercitu Romanorum crederet numerum istum fuisse saltem: non dico fugisse. Post haec secundum cum Gallis praelium gestum est: in quo plane. xl. M. trucidata sunt Gallorum. Sequenti anno Manlius Torquatus & Fuluius Flaccus consules primi trans Padum Romanas duxere legiones. Pugnatum est ibi cum Insubribus Gallis: quorum interfecta sunt. xxiii. M. quinque. M. capta. Eo deinde anno: qui huic proximus fuit: dira miseram urbem ter-ruere prodigia. Miseram utique: quae hinc fremitu hostium: inde nequicia demonum terrebatur. Namque in Piceno flumine sanguis effluxit: & apud Tuscos caelum ardere uisum est: & Arimini nocte multa lucem claram effuluisse: ac tres lunas distantibus caeli regionibus exortas apparuisse. Tunc quoque magno terrae motu Achaia & Rhodus insulae adeo concussae sunt: ut labentibus uulgo tectis ingens ille quoque Colossus rueret. Eodem anno Flaminius consul contemptis auspiciis: quibus pugnare prohibebatur: aduersum Gallos confligit: & uicit. In quo bello octo milia Gallorum caesa. decem & septem milia capta sunt. Post hoc Claudius consul Gessatorum. xxx. milia deleuit: ubi etiam ipse Viridomarae regem in primam aciem progressus occidit: & inter multa Insubrium quos ad deditioem coegerat oppida: Mediolanum quoque urbem florentissimam cepit. Deinde Istri noui hostes excitati sunt: quos Cornelius Minutiusque consules multo quidem Romanorum sanguine subegerunt. Emergit hic paululum antiquus ille Romanorum improbae laudis etiam de parricidiis appetitus. Nam Fabius censor Fabium Buteonem filium suum furti insimulatum interfecit: dignum se facinus: quod pater uel parricidio plectendum duceret: quod ne leges quidem: nisi multa pecuniae aut summum exilium circa quolibet hominum censuerunt.

Hannibal Romanis infestissimus.

a Anno ab urbe condita. dxxxiiii. Hannibal Paenorum imperator Saguntum florentissimam Hispaniae ciuitatem: amicam populi Romani: primum bello petitam: deinde obsidione cinctam: & fame excruciatam omniaque fortiter contemplatione fidei: quam Romanis deuouerant: digna indignaque tolerantem. Saguntum. viii. demum mense deleuit. Legatos Romanorum ad se missos iniuriosissime etiam a conspectu suo abstinuit. Exinde odio Romani nominis: quod patri Hamilchari: cum esset. ix. annos natus: fidelissime alias infidelissimus ante aras iurauerat: Publio Cornelio Scipione & Publio Serronio Longo consulibus Pyreneos montes transgressus inter ferocissimas Gallorum gentes ferro uiam aperuit. & nono demum die a Pyreneo ad Alpes peruenit: ubi dum montanos Gallos repelleret ab ascensu: obnitentes bello superat: atque inuias rupes igni ferroque rescindit. quatrimum commoratus: quinta demum die cum maximo labore ad plana Italiae peruenit. Fuisse tunc exercitum eius centum milium peditum. &. xxx. M. equitum definiunt. Scipio

Prodigia

Gallorum
strages.

Saguntum
excidio.

Roma/
noꝝ **stra**
ges. cōsul Hānibali primus occurrit: cōmissioq; pꝛælio apud Ticinum ipse grauius
uulneratus per Scipionē filiū admodū pꝛætextatū qui post Africanus cogno
minatus est: ab ipsa morte liberat⁹ euasit. Cæsus est ibi pene cōs Romanus exer
citus. Pugnatū est deinde eodem cōsule ad flumen Trebiā: iterūq; Romani pari
clade supati sunt. Sempronius cōsul cognito collegæ casu a Sicilia cū exercitu
rediit: qui similiter apud eundē fluuiū cōgressus amisso exercitu pene solus eua
sit. In eo tñ pꝛælio etiā Hānibal sauciatus est: qui postea cū in Hetruriā primo
uere transiret: in summo Apēnino tēpestare correptus biduo cōtinuo imobilitate
cū exercitu niuib⁹ cōclusus & onustus obrigit: ubi magnus hominū numerus
iumenta q̄ plurima: elephāti autē pene oēs frigoris acerbitate perierunt. At uero
alter tunc Scipio frater cōsulis Scipionis in Hispania plurima bella gessit. Ma
gonem quoq; Pœnorum ducem bello uicit & cepit.

Prodigia q̄ plurima.

Prodigia m Iris tunc etiā Romani pdigiis territi sunt. Nā & solis orbis minui ui/
sus est. & apud Arpos parmæ in cælo uisæ. Sol quoq; pugnasse cū lu/
na. apud Capenas intra diē duas lunas ortas. in Sardinia sanguine duo scuta su
dauisse. in Phaliscis cælū scindit: uelut magno hiatu uisum. apud Antiū meten/
tibus cruentas spicas in corbē decidisse. Igit̄ Hānibal sciens Flaminiū cōsulē so
lum in castris esse: quo celerius imparatū obrueret: primo uere pgressus arripuit
ppiorē: sed palustrē uia: & tū forte Sarnus late redūdans pēdulos & dissolutos
campos reliquerat: de quibus dictū est. & quæ rigat æquora Sarnus: in quos cū
exercitu Hānibal pgressus nebulis maxime: quæ de palude exhalabāt: p̄spectū
auferētibus: magnā partē sociorū iumentorūq; pdidit. Ipse autē uni elephāto: qui
solus supfuerat: supsedens uix difficultatē itineris euasit. Sed oculum: quo dudū
iam egrotauerat uiolētia frigoris & uigiliarū ac laboris amisit. Vbi uero p̄ximus
castris Flamini cōsulis fuit: uastatione circūiacentiū locorū Flaminiū in bellum
excitauit. Hæc pugna ad Thrasumenū lacum facta est: ubi exercitus Romanus
infelicitissime arte circūuentus Hannibalis funditus trucidatus est. Ipse quoq;
consul occisus. xxiii. M. Romanorū in eo pꝛælio cæsa: sex. M. capta referuntur.

Hānibal
oculum
amisit. De exercitu uero Hannibalis. ii. M. ceciderunt. Famosum hoc apud Thrasume
num lacum certamen fuit tanta clade Romana maxime: cum ita intentus pu/
gnantium ardor extiterit: ut grauissimum terræmotum: q̄ tunc forte tam uehe/
mens factus est: ut urbes diruissē: mōtes transtulissē: discidissē rupes: & flumina
retrosum coegissē referatur: pugnaentes omnino nō senserunt. Factam ad Thra/
sumenū ruinam sequitur pugna Cānensis: quāuis Fabii Maximi dictatoris tem
pus medium fuerit: qui impetum Hannibalis cunctando tardauit.

Pugna Cannensis.

a Nno ab urbe condita. d. xl. Lucius Aemilius Paulus & Publius Te/
rentius Varro consules cōtra Hannibalem missi impatientia Varro/
nis cōsulis infelicitissime apud Cānas Apuliæ uicum omnes Romanæ spei uires
pene perierunt. Nam in ea pugna. xliiii. M. Romanorū interfecta sunt: q̄q; & de
exercitu Hannibalis magna pars cæsa est. Nullo tamen Punico bello Romani
adeo ad extrema internitionis adducti sunt. Perit enim in eo consul Aemilius
Paulus. Consulares autem & pꝛætorii uiri. xx. interfecti sunt. Senatores uel capti

LIBER Q VARTVS

uel occisi sunt. xxx. nobiles uiri. ccc. pedestriū militū. xl. M. equitum. iiii. M. d.
 Varro cōsul cum .l. equitibus Venusium fugit. Nec dubiū est ultimū illum diē
 Romani status futurū fuisse. si Hannibal mox post uictoriam ad peruadendam
 urbem contendisset. Hannibal in testimoniū uictoriæ suæ tres modios annulo-
 rum aureorū Carthaginem milit: quos ex manibus interfectorum equitū Roma-
 norum senatorūq; detraxerat. Vsq; adeo autē ultima desperatio reipublicæ apud
 residuos Romanos fuit: ut senatores de relinquenda Italia sedibusq; quærendis
 consilium ineundum putarint. Quod auctore Cæcilio Metello confirmatum
 fuisset: nisi Cornelius Scipio Tribunus tunc militū idem qui postea Africa-
 nus fuit: districto gladio deterruisset. ac potius pro patriæ defensione in sua uer-
 ba iurare coegisset. Romani ad spem uitæ: quasi ab inferis respirare ausi dicta-
 ctorem Decium Iunium crearūt: qui delectu habito ab annis decem & septem
 immaturæ inordinatæq; militiæ quattuor legiones undecunq; contraxit. Tunc
 etiam seruos spectati roboris ac uoluntatis: uel oblatos: uel si ita opus fuit: publi-
 co precio emptos sub titulo libertatis sacramento militiæ adegit. Arma quæ de-
 erant tēplis detraxerūt. egenti ærario priuatæ opes refusæ sunt. Ita equester or-
 do: ita plæbs trepida: oblita studiōq; in cōmune cōsuluit. Iunius quoq; dictator
 antiquum Romanæ miseriæ factum recolens pro supplemento exercitus edicto:
 uel ut Asylō patefacto: homines quicūq; sceleribus ac debitis obnoxii essent: im-
 punitate permessa militiæ mancipauit: quorū numerus ad sex. M. uirorum fuit.
 Campania uero uel potius omnis Italia ad Hannibalem desperata penitus Ro-
 mani status reparatione defecit. Post hoc Lucius Posthumius prætor aduersum
 Gallos pugnare iussus cum exercitu cæsus est. Deinde Sempronio Graccho &
 Quinto Fabio Maximo cōsulibus Claudius Marcellus ex prætore pconsul de-
 signatus Hannibalis exercitū prælio fudit. Primusq; post tantas reipublicæ rui-
 nas spem fecit Hannibalem posse superari. Scipiones autē in Hispania Hasdru-
 balem Pœnorum imperatorem ad Italiam exercitum comparantē: grauiissimo
 bello oppresserunt. Nam. xxxv. M. militum de exercitu eius uel cæde: uel ca-
 ptione minuerunt Celtiberos milites: cum primum externam manum Roma-
 ni in castris habere cœperūt. præcio sollicitatos ab hostiū societate in castra sua
 duxerunt. Sempronius Gracchus proconsul ab hospite suo Lucano quodam du-
 ctus in insidias occisus est. Centenius Penula centurio decerni sibi ultro bellum
 aduersum Hānibalem petiit: A quo cum octo. M. militum: quos in aciem edu-
 xerat: cæsus est. Post hunc Gneus Fuluius prætor ab Hannibale uictus amisso
 exercitu uix euasit. Pudet recordationis. Quid enim dicam improbitatem ma-
 gis: an miseriā Romanorum? immo uerius uel improbam miseriā: uel miserā
 improbitatem? Quis credat eo tempore: quo ærarium populi Romani egenā
 stipem priuata collatione poscebat. miles in castris: nō nisi aut puer: aut seruus.
 aut sceleratus: aut debitor: & ne sic quidem numerus idoneus erat: senatus in cu-
 ria omnis pene nouitius uidebatur. Postremo cum ita imminutis fractisq; omni-
 bus desperaretur: ut consilium de relinquenda Italia subiretur: eo tempore cum
 unū domesticū bellum: ut diximus: ferri uix ullo modo posset: tria insuper trās-
 marina bella quis credat fuisse suscepta: unum in Macedonia cōtra Philippum
 potentissimum Macedonia regem: Alterum in Hispania contra Hasdrubalem

Strages
Cānensis

Cāpaniæ
defectio.

Sempro-
nius

Gracch⁹

Cētenius

Penula

Gneus

Fuluius

Hānibalis fratrem: Tertium in Sardinia contra Sardos: extra hoc: Quartum Hānibalis: quo in Italia premebantur: & tamen fortis in alterutrum desperatio in meliora profecit. Nam in his omnibus desperando pugnarunt: pugnādo uicerūt. Ex quo euidenter ostenditur: nec tempora tūc fuisse trāquilliora ociis: sed homines miseris fortiores. Anno ab urbe condita. d. xliiii. Claudius Marcellus Syracusas opulentissimā urbem Siciliae secūda oppugnatione uic cepit. Quam cum iam pridem obsedisset. Archimedis Syracusani ciuis admirabili ingenio præditi machinis repulsus expugnare nō potuit.

Hānibal usq; ad Anienem flumen deuenit tertio lapide ab urbe Roma.

Hānibal
apud ur
bem pu
gnatorū.

Ecimo anno postq̄ Hānibal in Italiā uenerat Gneo Fuluius & Publio Sulpitio cōsulibus Hānibal de campania mouit exercitū. & cum ingenti clade omniū per Sidicinum Sinuessanumq; agrum uia Latina profectus ad Anienem fluuiū tribus milibus ab urbe cōsedit: incredibili totius ciuitatis metu cū senatu populoq; diuersis curis trepido matronæ quoq; amantes pauore per ppugnacula currerent: & conuehere in muros saxa: primæq; promuris pugnare gestirent. Ipse aut̄ cum expeditis equitibus usq; ad portam Collinam infestus accessit: deinde omnes copias in aciē direxit. Sed & cōsules Fuluius & Publius nō detrectauere pugnam. At ubi expositæ utrinq; acies constituerunt: in cōspectu Romæ præmiū uictoriæ futuræ tantus subito se imber e nubibus grādine mixtus effudit ut turbata agmina uix armis retentis in sua se castra colligerēt. Deinde cū serenitate reddita in cāpū copiæ atq; in aciē rediissent: rursus uiolentior fusa tēpestas maiore metu mortaliū audaciam coercuit. territosq; exercitus in tentoria refugere coegit. Tūc cōuersus in religionem Hānibal dixisse fertur: potiūdæ sibi Romæ modo uoluntatē nō dari: modo potestatem. Rīdeāt nūc mihi obtrectatores ueri dei hoc loco: Hānibali a capeſſenda subruēdaq; Roma utrū Romana restitit fortitudo: an diuina miseratio: an forſitā conseruati isti dedignant̄ fateri: quod Hānibal & uictor extimuit: & cedēs pbauit. An si istā diuinā cautelā per pluuiā de cœlo uenisse manifestum est: ipsam autē pluuiam opportunis & necessariis tēporibus nō nisi per christum: qui est uerus deus ministrari: etiam ab huiusmodi hominibus satis certo sciri: nec negari posse existimo. Maxime nunc: quādo ad documentum potentiæ eius cum siccitate turbante pluuiam poscere assidue cōtigat: & alternis uicibus nūc gentiles: nunc christiani rogāt: nec unq̄ etiam ipsis testibus factum est: ut optati imbres superueniant: nisi in die: quo rogari christū & christianis rogare permittitur: proculdubio cōstat. urbem Romā per hunc eundem uerum deum: qui est christus Iesus ordinantē secundū placitum ineffabilis iudicii sui: & tūc affuturæ fidei credulitatem seruata fuisse: & nūc pro parte sui incredulam castigatam. At uero Scipiōes in Hispania ambo Scipiones a fratre Hasdrubalis interfecti sunt. In Campania interfecti Capua capta est a Quinto Fuluius proconsule. Principes autem Campanorum ueneno mortem sibi consciuerunt: Senatum omnem Capuæ etiam prohibente Senatu Romano Fuluius Supplicio necauit. Interfectis in Hispania Scipionibus cum omnibus incusso pauore contantibus Scipio se admodum adolescens ultro obtulisset: & pudēda penuria esset ærarii Claudio Marcello & Valerio Leuino auctoribus: qui tunc cōsules erant aurum argentūq; signatū ad quæstores

Scipiōes
interfecti
Capua
capta

LIBER Q VARTVS

palam omnes senatores in publicum cōtulerunt: ita ut nihil præter annulos singulos: bullasq; sibi ac filiis: & deinde filiabus uxoribusq; singulas tantum auri uncias: & argenti non amplius q̄ singulas libras relinquerent.

Scipio in Hispania imperiū proconsulare sortitus est.

f Scipio annos natus. xxiiii. imperiū in Hispania proconsulare sortitus: Scipio ultionem patris præcipue & patruī animo intendēs pireneum trans- aphrica- gressus primo impetu Carthaginem nouam cepit: ubi stipendia maxima: præsi- nus. dia ualida: copiæ auri argentiq; magnæ Pœnoꝝ habebātur: ubi etiam Magonē fratrem Hānibalis captum cum cæteris Romam misit. Leuinus cōsul ex Macedonia rediens Agrigentū urbem Siciliæ expugnauit. Ibiq; Hānonem Aphroꝝ ducem cepit. xl. ciuitates in deditiōnem accepit. xxvi. expugnauit. Hannibal in Italia Gneum Fuluiū p̄cōsulem. Præterea Tribunos. xi. & .vi. M. militum interfecit. Marcellus cōsul cum Hānibale triduum continuum dimicauit. Primo die pari pugna discessum est. Sequenti uictus cōsul. Tertio die uictor octo. M. hostium interfecit. Ipsumq; Hānibalem cū reliquis fugere in castra compulit. Fabius cōsul Maximus Tarentū: quæ a Romanis desciuerat: iteq; expugnauit: & cepit. Ibiq; ingētes copias Hānibalis cū ipso duce eius Carthalone deleuit. xxx. M. hominū captiuoꝝ uendidit: precia in fiscum rettulit. Sequenti anno in Italia Claudius Marcellus consul ab Hānibale cum exercitu occisus est. Scipio in Hispania Pœnoꝝ ducem Hasdrubalem uicit: & castris exiit. Præterea. lxxx. ciuitates aut deditiōne: aut bello in potestātē redegit. Aphris sub corona uenditis Scipiōis sine precio dimisit Hispanos. Hannibal utrunq; consulem Marcellum & Crispi successus num insidiis circūuentos interfecit. Claudio Nerone & Marco Liuiio salinatore consulibus cum Hasdrubal Hānibalis frater ab Hispaniis per Gallias ad Italiā Hasdru- ueniret: iussusq; a Carthaginensibus ut fratri cum copiis iungeretur: magna se- bal inter cum auxilia Hispanoꝝ Gallorumq; deduceret: cum maturato aduentu descen- ficitur. disse iam ex alpibus consulibus proditus fuisset: ab exercitu Romano ignorante Hānibale præuentus cum omni exercitu suo interfectus est. Diu quidē incertus belli euentus fuit: elephantis maxime Romanā infestantibus aciem: qui a militibus Romanis occisi sunt: quos a uolitando uelites uocant: quod genus militiæ pauloante fuerat repertū: ut lecti agilitate iuuenes cū armis suis post terga equitum sederent: & mox cum ad hostem uentum esset: equis desilirent: & continuo pedites ipsi ex alia parte equitibus: per quos aduecti fuerant: dimicantibus hostem perturbarent. Ab his ergo uelitibus elephāti retroacti: cum regi iam a suis nō possent: fabrili scalpro intra aures adacto necabantur. Id genus occidendæ: cum opus esset: belluæ idem dux Hasdrubal primus inuenerat. Fuit hoc prælio Pœnis Metaurus Flumen ubi Hasdrubal est uictus: quasi Thrasumenus lacus: & Cessana Piceni ciuitas ut uicus ille Cānensis. Nam. lxxiii. M. de exercitu Hasdrubalis ibi occisa sunt. Capta sunt. v. M. cccc. Quattuor. M. ciuium Romanorum inter eos reperta atq; reuocata sunt: quod uictoribus consulibus solatio fuit. Nam & ab exercitu eorum. viii. M. ceciderunt. Hannibali caput fratris sui Hasdrubalis ante castra proiectum est. Quo uiso & simul clade Pœnoꝝ cognita: anno. xiiii. q̄ in Italiam uenerat: refugit in Brutios. Post hæc anno continuo inter Hannibalem & Romanos quies a tumultu bellorum inter-

cessisse uisa est: quia inquietudo morborum in castris erat: & grauissima pestilentia utriusque exercitus angebant. Interea Scipio uniuersa Hispania a Pireneo usque ad oceanum in puincia redacta: Romam uenit. Consul cum Lycinio Crasso creatus in Africam transit. Hannonem Hamilcaris filium ducem Pœnorum interfecit: exercitumque eius partim eade: partim captiuitate dispendit. Nam. xl. M. Pœnorum eo proelio occidit. Sempronius consul cum Hannibale congressus & uictus Romam refugit. Scipio in Africa aggressus hyberna Pœnorum atque alia Numidarum: quæ utraque haud procul ab Utica erat: Nocte concubia fecit incendi. Pœni trepidi cum casu accidisse ignem putarent: inermes ad extinguendum concurrerunt. Quare facile ab armatis superati sunt uel oppressi. In utrisque castris. xl. M. hominum igni ferroque consumpta sunt. capta. v. M. duces ipsi miserabiliter ambusti ægre effugerunt. Hasdrubal impator Carthaginem profugus uenit. Itaque Siphax & Hasdrubal mox plurimum reparauere exercitum: atque iterum cum Scipione congressi sunt: uictique fugerunt. Siphacem fugientem Lælius & Masinissa ceperunt. Cætera multitudo Cyrtam confugit: quam Masinissa oppugnatam in deditioem recepit. Siphacem ad Scipionem cathenis uinctum deduxit: quem Scipio cum ingentibus spoliis plurimisque captiuis Romam perducendum Lælio tradidit.

Siphax
captus.

Hannibal reuersus est: ut fessis Carthaginensibus subueniret.

h Annibal in Africam redire iussus: ut fessis Carthaginensibus subueniret: flens reliquit Italiam: omnibus Italici generis militibus qui sequi nolent interfectis: cui cum ad Africanum littus propinquanti iussus esset quidam de nauticis ascendere in arborē nauis: atque inde speculari: quam regionem teneret: se pulchrum dirutum se prospexisse respondit. Abominatus dictum Hannibal: deflexo cursu ad Leptim oppidum copias exposuit: ubi continuo refecta multitudine Carthaginem uenit: deinde Scipionis colloquium petiit. Ibi cum diu se attoniti mutua admiratione duo clarissimi duces suspexissent: infecto pacis negotio proelium consertum est: quod diu magnis ducum artibus dispositum: magnis copiis molibus gestum: magnis militum uiribus consummatum Romanis uictoriam contulit. Octoginta elephanti ibi uel capti uel occisi sunt. Carthaginensium interfecta sunt .xx. M. d. Hannibal omnia & ante proelium & in proelio expertus: cum paucis: hoc est uix. iiii. equitibus inter tumultum elapsus Andrumetum confugit. Postea Carthaginem post. xxx. & sex annos quam inde paruus cum patre exierat: uenit: Consulanti que senatui nullam esse spem residuam: nisi in petenda pace persuasit. Gaius Cornelio Lentulo Publio Aelio Peto consulibus Carthaginensibus pax per Scipionem uoluntate senatus populique concessa est. Naues tamen plus quam. d. in altum productæ in conspectu ciuitatis incensæ sunt. Scipio iam tunc cognomento Africanus triumphans urbem ingressus est: quem Terentius qui postea comicus ex nobilissimis Carthaginensibus captiuis pilleatus: quod indultæ etiam libertatis insigne fuit: triumphantem post currum secutus est.

Scipionis
& Hanni-
balis col-
loquium

Secundum Punicum bellum finitum est & Macedonicum successit.

Macedo-
nicum bel-
lum. a Nno ab urbe condita. d. xlvi: bellum Punicum secundum finitum est: quod gestum est annis. xvii. cui Macedonicum continuo successit: quod Quintus Flaminius consul sortitus post multa & grauissima proelia: quibus Macedones uicti sunt: pacem Philippo dedit. Deinde cum Lacedæmoniis

LIBER Q VARTVS

pugnavit: uicto Nabide duce ipsorum nobilissimos obsides Demetrium Philippi
 filium & Armenē Nabidis filium ante currum duxit. Romani captiui: qui sub
 Hānibale per Græciā uēditi fuerāt: uniuersi recepti: capitibus rasis: ob deterfam
 seruitutē: currum triūphātis secuti sunt. Eodē tpe Insubres Boii atq; Cenomāni
 contractis in unum uiribus. Hamilchare Pœnorū duce qui in Italiā remanserat
 Cremonā Placentiāq; uastantes difficillimo bello a Lucio Fuluiō prætorē supati
 sunt. Postea Flaminius p̄cōsul Philippum regē & cum eo Thracas Macedonas
 Illyrios multasq; præterea gentes quæ in auxilium eius uenerant: bello subegit.
 Victi Macedones castra amiserūt. viii. M. hostium eo die cæsa. v. M. capta Po-
 lybius scribit. Valerius dicit. xl. M. trucidata. Claudius uero. xxxii. M. interfe-
 cta cōmemorat. Sed hæc uarietas scriptorū utiq; fallacia est. Fallaciæ autē causa
 p̄fecto adulatio est dum uictores laudes accumulare uirtutēq; patriæ extollere
 uel præsentibus uel posteris studēt. Alioquin inquisitus nō fuisset numerus: nec
 qualiscūq; fuisset expressus: q; si gloriosum est duci & patriæ plurimos hostium
 peremisse: q̄to magis lætum patriæ & duci beatū potest uideri suorū uel nullos
 uel paucissimos perdidisse. Ita lucidissime patet q; simili impudentia mentiendi
 qua occisorū hostium numerus dicitur: sociorū quoq; amissorū damna minuunt:
 uel etiam oīno reticentur. Igitur Sempronius Tuditanus in Hispania citeriore
 bello oppressus cū omni exercitu Romano interfectus est. Consul Marcellus in
 Hetruria a Boiis oppressus magnā partē exercitus pdidit: cui postea Eurius cō-
 sul alter auxilio accessit. Atq; ita uniuersam Boiorū gentē igni ferroq; uastantes
 p̄p̄modum usq; ad nihilum deleuerunt. Lucio Valerio Flacco Porcio Marco
 Catone cōsulibus Antiochus rex Syriæ bellū cōtra populū Romanū instruens Antio-
 chus rex
 in Europā trāsīit ex Asia. Tūc etiā Hānibal p̄pter excitādi belli rumores: qui de
 eo apud Romanos ferebant exhiberi Romæ a senatu iussus clā ex Aphrica p̄fe
 ctus ad Antiochū migravit: quē cū apud Ephesum inuenisset: mox contantem Hānibal
 in bellum impulit. Tunc etiam lex quæ ab Oppio tribuno plæbis lata fuerat: ne
 ad Antio-
 qua mulier plus q̄ semunciā auri haberet: neue uersicolori uestimento: nec uehi-
 culo per urbē uteretur: post. xx. annos abrogata est. Publio Scipione Aphrica-
 no iteꝝ & Tito Sempronio Longo cōsulibus apud Mediolanum. x. M. Galloꝝ
 cæsa. Sequenti autem prælio. xi. M. Galloꝝ. Romanoꝝ uero. v. M. occisa sunt.
 Publius Digitius prætor in Hispania citeriore pene oēm amisit exercitū. Mar-
 cus Fuluius prætor Celtiberos cum p̄ximis gentibus uicit: regemq; eorū cæpit.
 Minutius a Liguribus in extremū periculum adductus & insidiis hostium cir-
 cūuētus uix Numidarū equitū industria liberatus est. Scipio Aphricanus inter
 Scipiōes
 cæteros legatus ad Antiochū missus ēt cū Hānibale colloquiū familiare habuit cū Hāni-
 Sed infecto pacis negotio ab Antiocho discessit. In utraq; Hispania per Flami-
 bale col-
 nium Fuluiūq; prætores bella multum horrida cruentaq; utriusq; populi gesta loquium
 sunt. Porro Publio Cornelio Scipione & Marco Acilio Glabrione cōsulib; An-
 tiochus quīs thermopylas occupasset: quarū munimine tutiot p̄pter dubios belli
 euentus fieret: tñ cōmissō bello a cōsule Glabrione supatus uix cū paucis fugit e
 prælio. Ephesumq; puenit. Is habuisse ferē armatorū. lx. M. ex qbus. xl. M. cæ-
 sa: capta aut plus q̄. v. M. referunt fuisse. Alter consul Scipio cum Boiorū gente
 cōflīxit: in quo prælio. xx. M. hostiū iterfecit. Sequēti āno Scipio Aphricanus

habēs in auxilio Eumenē Attali filiū aduersus Hānibalē: qui tūc Antiochi classi
 præerat: bellū nauale gessit. Antiochus uicto Hannibale & in fuga acto: simulq;
 omni exercitu amisso pacē rogauit. Filiūq; Aphricani: quē utrū exploranter: an
 in prælio cepisset: incertū est: ultro remisit. In Hispania ulteriore Lucius Aemi-
 lius p̄cōsul a Lusitanis cū uniuerso exercitu cæsus interiit. Lucius Bebius in Hi-
 spaniā p̄ficiscēs a Liguribus circumuētus cū uniuerso exercitu occisus est: unde
 ne nunciū quidē sup̄fuisse cōstat: ut internitionē ipsam Romæ Massilienses nun-
 ciare curauerint. Cōsul Fuluius de Græcia in Gallogræciā: quæ nunc est Galatia
 transuectus ad Olympū montē puenit: ad quē uniuersi Gallogræci cum cōiugi-
 bus & liberis cōfugerāt: ibiq; acerbissimū bellum gessit. Nāq; de superiorib; locis
 sagittis & saxis grādibus cæterisq; telis Romani grauitē cōtriti tandem usq; ad
 cōgressum hostiū pruperūt. xl. M. Gallogræcorū eo prælio interfecta referunt.
 Martius cōsul aduersus Ligures p̄fectus: sup̄atusq; quatuor milia militū amisit:
 & nisi uictus refugisset celeriter in castra: eandē internitionis cladē: quā Bebius
 dudum ab eisdē hostibus acceperat: p̄tulisset. Marco Claudio Marcello Quinto
 Fabio Labeone cōsulibus: Philippus rex qui legatos populi Romani interfece-
 rat: p̄pter Demetrii filii sui: quē legatū miserat: uerecūdissimas preces: ueniā me-
 ruit: eundēq; cōtinuo uelut Romanis amicum: suiq; p̄ditorē fratre quoq; ipsius
 ad parricidiū fratris ministro: nihil de utroq; miseræ mali suspicantē: ueneno ne-
 cauit. Eodē āno Scipio Aphricanus ab ingrata sibi urbe diu exulās apud Līter-
 nium oppidū morbo periit. Iisdem etiā diebus Hānibal apud Prusiā Bithyniæ
 regē cum a Romanis reposceret: ueneno sese necauit. Philopomenes dux Achi-
 uorū a Mesaniis captus occisus est in Sicilia. Tunc Vulcani insula: quæ ante nō
 fuerat: repēte mari edita cū miraculo oīum usq; ad nunc manet. Quintus Ful-
 uius Flaccus prætor in citeriore Hispania maximo prælio. xxiii. M. hoīum fu-
 dit. quatuor milia cæpit. Tiberius Sempronius Gracchus in Hispania ulteriore
 .c. l. oppida uacuata quassataq; bellis ad deditiōnē coegit. Eadē tēpestate & Lu-
 cius Posthumius in citeriore Hispania. xl. M. hostium bello interfecit. Gracchus
 prætor ibidē itē. cc. oppida expugnauit & cæpit. Lepido & Mutio cōsulibus.
 Basterna Basternarū gens ferocissima auctore Persa Philippi filio: prædæ spe sollicitato:
 rū gens & trāseundi Istri fluminis facultate: sine ulla pugna uel aliquo hoste deleta est.
 deleta Nā tunc forte Danubius: qui & Ister crassa glacie sup̄stratus pedestrē facile trā-
 situm patiebat. Itaq; cū improuide toto & maximo simul agmine inæstimabi-
 lis hoīum: uel equorū multitudo trāsiret: enormitate ponderis & cōcussione gra-
 dientium cōcrepās gelu & glacialis crusta dissiluit uniuersumq; agmē: quod diu
 sustinuerat: mediis gurgitib; uicta tandē & cōminuta destituit: atq; eadē rursus
 fragmētis impediētibus sup̄ducta submersit. Pauci ex omni populo p̄ utrāq; ri-
 pam uix cōcisis euasere uisceribus. Publico Lycinio Crasso & Gaio Cassio lōgino
 cōsulibus Macedonicū bellum gestum est: merito inter maxima bella referendū.
 Macedo- Nam in auxilio Romanorū tota primū Italia. Deinde Ptolemæus rex Aegypti
 nicū bel- & Ariarates Cappadociæ. Eumenes Asiæ: & Masanissa Numidiæ fuerunt. Per-
 lum. sen & Macedonas secuti sunt Thraces cū rege Cothe. & uniuersi cū rege Geni-
 tio Illyrii. Itaq; aduenienti Crasso cōsuli Perses occurrit. Cōmissioq; prælio mise-
 rabiler uicti fugere Romani. Sequēti pugna pene pari clade partis utriusq; in

LIBER QVARTVS

Hyberna discessum est. Deinde Perses p̄fligato multis p̄celiis exercitu Romano in Illyriū trāsgressus Sulcanū oppidū defensum p̄sidiis Romanis pugnādo c̄pit: ubi magnā Romanorū p̄sidiō multitudine partim occidit: partim sub corona uēdidit: partim secū in Macedoniā duxit. Postea cū eo Lucius Aemilius Paulus cōsul dimicauit: & uicit. Nā. xx. M. peditū in eo p̄celio it̄fecit. Rex cū eq̄tatu subterfugit: sed cōtinuo captus atq; ī triūpho cū filiis ante currū actus post apud Albā in custodia defecit. Filius eius iunior fabricā ærariā ob tolerandā inopiā Romæ didicit: ibiq; cōsumptus est. Plurima p̄terea & satis diuersis prouentibus bella multarū ubiq; gentium gesta sunt: quæ breuitatis causa p̄termisi.

Bella in Hispania gesta.

Nno ab urbe cōdita. dc. Lucio Lycinio Lucullo & Aulo Posthumio Albino cōsulibus: cū oēs Romanos ingēs Celtiberorū metus inuasisset: & ex oibus nō esset: qui ire in Hispaniā uel miles uel legatus aude

ret: Publius Scipio qui postea Africanus est dictus: ultro sese militaturum in Hispaniā obtulit. cū tamē in Macedoniā forte iā deputatus esset. Itaq; p̄fectus in Hispaniā magnas strages gentiū dedit. s̄pius etiā tā militis q̄ ducis usus officio. Nā & barbararū puocantē singulariter cōgressus occidit. Sergius aut̄ Galba p̄tor a Lusitanis magno p̄celio uictus est: n̄niuersoq; exercitu amisso ipse cū paucis uix elapsus euasit. Eodē tpe censores theatrū lapideū in urbe cōstrui censuerūt: quod ne tūc fieret: Scipio Nasica grauiissima orōne obstitit: dicēs inimicissimū hoc fore bellatori populo: ad nutriēdā desidiā lasciuiāq; cōmētū. Adeoq; mouit senatū: ut nō solū uendi oīa theatro cōparata iusserit: sed etiā subselia ludis poni p̄hibuerit. Quamobrē intelligāt n̄ri q̄bus qcq; extra oblectamentū libidinis occurrit: offensio est: p̄ hoc q̄ se infirmiores esse hostibus suis ipsi sentiunt: & fateant̄ theatra accusanda nō t̄pa: nec blaphemādum deū uerū solū qui usq; nūc ea p̄hibet: sed abominādos deos: uel dæmones suos qui ista petiuerunt: p̄fundo siqdē satis malignitatis suæ argumēto: tale sacrificiū flagitātes: quo nō magis fuso cruore pecudū: q̄ p̄fligata uirtute hominū pascerent̄. Nā utiq; tunc nec hostes: nec fames: nec morbi: nec p̄digia deerant: imo tunc plurima erāt: sed theatra nō erāt: in q̄bus quod incredibile dictu est: ad arā luxuriæ uirtutum uictimæ trucidant̄. Carthaginēsisibus aliqñ uisum est hoīes imolare. sed male p̄sumpta p̄suasio breui p̄termissa ē. A Romanis uero exactū est: ut semetipsos p̄ditioni impēderēt. Factū esse sic fatent̄: & clamāt ut fiat: qui pro maētāda gregis sui pecude fortasse offenderent̄: & pro interficiēda cordis sui uirtute lætant̄. Quin potius Nasicæ erubescāt: q̄ christianis exprobandū putāt: & nō nobis de hostib; quos semp̄ habuerūt. sed illi de theatro: quod h̄ri p̄hibuerat: cōquerant̄. Igit̄ in Hispania Sergius Galba p̄tor Lusitanos citra Tagū flumē habitātes cū uoluntarios in deditiōne recepisset: p̄ scelus interfecit. Simulās. n. de cōmodis eorū se acturū fore: a circūpositis militibus cunctos inermes incautosq; p̄strauit: quæ res postea uniuersæ Hispaniæ p̄pter Romanorū perfidiā causa maximi tumultus fuit.

Bellum terribile ortum in Hispania.

Nno ab urbe cōdita. dc. ii. Lucio Censorino & Marco Mālio cōsulibus tertiū Punicū bellū exortū est. Igit̄ cū senatus delendā Carthagi nem censuisset: p̄fecti in Africā cōsules & Scipio tūc tribunus mi-

Scipio
Aphica/
nus.

Scipio
Nasica

Tertium
Pun
nicum.

litum ppe Vticā maioris Aphricani castra tenuerunt. Ibi Carthaginēſibus euo/
catis iuſſiſq; ut arma & naues traderēt nec moratis tāta uis armorū repēte tradi
ta eſt: ut facile tota ex his Aphrica potuiſſet armari. Sed Carthaginenſes poſtq̄
Cartha/
ginis ſit⁹
arma tradiderūt & relicta urbe ſecedere p̄cul a mari. x. M. paſſuū iuſſi ſunt: do
lorē ad deſpationē cōtulerunt: aut deſenſuri ciuitatē: aut cū ipſa p̄ ipſam ſepeliē
di: duceſq; ſibi duos creauerunt Haſdrubales: armaq; primū facere aggreſſi æris
ferriq; inopiā auri & argēti metallis ſuppleuerūt: cōſules oppugnare Carthaginē
ſtatuunt: cuius ſitus hmōi fuiſſe dicit̄. Vigintiduo milia paſſuū muro amplexa
tota mari pene cingebat̄ abſq; faucibus: quæ. iiii. M. paſſuum apiebant̄. Is locus
murū. xxx. pedes latū habuit ſaxo quadrato in altitudine cubitorū. xl. Arx: cui
Byrſæ nomē erat: paulo amplius q̄. ii. M. paſſuum tenebat. Ex una parte murus
cōmunis erat urbis & Byrſæ: iminēs mari: quod mare ſtagnū uocabāt: qm̄ obie
ctu p̄tentæ linguæ trāquillatur. Cōſules igit̄ quīſ aliquātā muri partē quaſſatā
machinis diruiſſent: tamē a Carthaginēſibus uicti ac repulſi ſunt: quos fugien
tes Scipio repulſo intra muros hoſte defendit. Cenſorinus in urbem rediit. Man
lius omiſſa Carthagine ad Haſdrubalem arma cōuertit: Scipio Maſiniſſa mor
tuo inter Maſiniſſæ filios tres Numidiæ regnū diuiſit: quocirca Carthaginem
reuerſo Manlius Tezagam urbem expugnauit atq; diripuit. Duodecim. M. ibi
Haſdru/
balis
mors
Aphrorum cæſa. Sex. M. capta ſunt. Haſdrubal Pœnorū imperator Maſiniſſæ
nepos ſubſeliorum fragmentis in curia a ſuis propter ſuſpicionem proditiōis
occuſus eſt. Iuuenicius prætor in Macedonia aduerſus Pſeudo Philippū cōgreſ
ſus cum maxima clade totius Romani exercitus interfectus eſt.

Tertium bellum punicum.

a Nno ab urbe cōdita. dc. vi. id eſt anno. l. poſt bellum punicū ſecundū
Gneo Cornelio & Lentulo Lucio Mūnio conſulibus Publius Scipio
ſuperioris anni cōſul delere Carthaginē ſuprema ſorte molitus Cothonē ingredit̄:
Cartha/
ginenſiū
deditio
ubi dū ſex cōtinuis diebus ac noctibus pugnat̄: ultima Carthaginenſes deſpatione
traxit ad deditiōē: petētes ut quos belli clades reliquos fecit: ſaltē ſeruire liceat.
Primū agmē mulierū ſatis miſerabile: poſt uiroꝝ magis deforme deſcēdit. Nam
fuiſſe mulierū. xxv. M. uiroꝝ. xxx. M. memoriæ traditū eſt. Rex Haſdrubal ſe
ultra dedit. Trāſſugæ: qui Aeſculapii tēplū occupauerāt uoluntario præcipitio
dati igne conſumpti ſunt. Vxor Haſdrubalis ſe duosq; filios ſecum uirili dolore
& furore ſcæmineo in mediū iecit incēdiū: eundē nūc mortis exitū faciēs nouiſſi
ma regina Carthaginis: quē quondā prima feciſſet. Ipſa aut̄ ciuitas decē & ſeptē
diebus cōtinuis arſit: miſerūq; ſpectaculū de uarietate cōditionis humanæ uicto
Cartha/
go diru/
ta.
ribus ſuis præbuit. Diruta eſt aut̄ Carthago omni mirabili lapide in puluerē cō
minuto. dcc. poſt anno quo cōdita erat. Multitudo oīs captiuoꝝ exceptis pau
cis principibus uenūdata eſt. Ita. iiii. poſtq̄ cœptū fuit anno: bellū Punicū ter
tium terminatū eſt. Sed mihi q̄libet ſtudioſe quærēti: uerūtamē homini tardio
ris ingenii nuſq; oīno cā belli Punicī tertii: quā intantū Carthago accenderit: ut
iuſte euerti decerneret̄: eluxit. Illudq; me uel maxime mouet: q̄ ſi ita: ut in ſupe
rioribus bellis euidēs in aſſurgentē cā & dolor accēdebat: cōſultatione nō opus
erat. At uero cū alii Romanoꝝ p̄pter p̄petuā Romæ ſecuritatē delendā eſſe de
cernerent. Alii uero p̄pter p̄petuā Romanæ uirtutis curam: quā ſibi ſemper ex

LIBER Q VINTVS

suspitione æmulæ urbis impenderet: ne uigor Romanus bellis semper exercitus in languidâ segnitiē securitate atq; ocio solueretur incolumen Carthaginē statui suo pmittendâ esse censeret: causam nō ex iniuria lacescentiū Carthaginensium. sed ex incōstantia torpescentiū Romanorū ortā inuenio. Quod cum ita sit: cur christianis tēporibus imputant hebetationē ac rubiginē suā: qua foris crassi: in- tus exesi sunt: qui porro ante. dc. fere annos: sicut sui timētes prudētēsq; prædi- xerant cotem illā magnā splendoris & acuminis sui Carthaginē pdiderunt. Itaq; finē uolumini faciā: ne forsitan collidendo uehemētius: discussa ad tēpus rubigi- ne: ubi nēcessariū acumen elicere nō possum supuacuā asperitatē inueniā: q̄q̄ ob- uiantē asperitatē nequaq; expauescerē: si interioris spem acuminis inuenirem.

Pauli Orosii in quintum historiarum librum præfatio.



Cio aliquātos post hæc deinceps pmoueri posse quod uicto- riæ Romanæ multarū gentiū & ciuitatū strage crebrescunt: q̄q̄ si diligenter appendat: plus damni inuenient accidisse: q̄ cōmodi. Neq; n. paruipendenda sunt tot bella seruilia: socia- lia: ciuilia: fugitiuorū: nullorū utiq; fructuū & magnarū tamē miseriæ. Sed conuiueo: ut quēadmodū uolunt: ita fuisse ui- deatur: unde arbitror esse dicturos. Ecquid his t̄pibus beatius: quibus continui triūphi: cælebres uictoriæ: diuites prædæ: nobiles pompæ: magni ante currus re- ges: longo ordine uictæ gētes agebant? Quibus breuiter r̄ndebitur: & ipsos de t̄pibus solere causari: & nos pro eisdē t̄pibus instituisse sermonē: quæ tēpora nō uni tantū urbi attributa sed orbi uniuerso cōstat esse cōmunia. Ecce q̄ fœliciter Roma uincit: t̄ā infœliciter quicqd extra Romā est uincitur. Quāti igitur pen- denda est gutta hæc laboriosæ fœlicitatis: cui ascribit̄ unius urbis beatitudo: in tanta mole infœlicitatis: per quā agit̄ totius orbis euersio? Aut si ideo fœlicia pu- tāntur: q̄a unius ciuitatis opes auctæ sunt: cur nō potius: infœlicissima iudicent̄ quibus miserabili uastatione multarū ac bene institutarū gentiū potentissima re- gna ceciderunt? An forte aliud tunc Carthagini uidebat̄: cum post annos. c. xx. quibus modo belloꝝ clades: modo pacis cōditiones perhorrescēs nūc rebelli in- tentione: nūc suppliciter bellis pacē: nunc pace mutabat bella? Nouissimeq; mi- seris ciuibus passim se in ignē ultima desperatione iacentibus: unus rogas tota ciuitas fuit: cui etiā nunc situ paruæ: mœnibus destitutæ: pars miseriæ est audi- re: quid fuerit. Edat Hispania sententiā suā: cum per annos. cc. ubiq; agros suos sanguine suo rigabat: importunūq; hostem ultro hostiatim inquietantē nec re- pellere poterat: nec sustinere: cū se quiq; diuersis urbibus ac locis fracti cæde bel- lorum obsidionū fame exinaniti: interfectis cōiugibus: ac liberis suis: ob reme- dia miseriæ cōcursu misero ac mutua cæde iugulabāt. Quid tunc de suis tem- poribus sentiebat: ipsa postremo dicat Italia: cur per annos. cccc. Romanis utiq; suis cōtradixit. obstitit. repugnauit: si eorū fœlicitas: sua infœlicitas nō erat. Ro- manosq; fieri regē dños bonis cōmunibus nō obstabat. Non requiro de inume- ris diuersarū gentium populis diu antea liberis: tūc bello uictis: patria abductis: precio uenditis: seruitute dispersis: quid tunc sibi maluerint: quid de Romanis

opinati sint: quid de temporibus iudicarent. Omitto de regibus magnæ opum: magnæ uirium: magnæ gloriæ diu potentissimis: aliquando captis: seruiliter catenatis: sub iugum missis: ante currum actis: in carcere trucidatis: quorum tam stultum est exquirere sententiam: quam durum non dolere miseriam. Nos: nos inquam ipsos uitæque nostræ electione: cui acquiescimus consolamur. Maiores nostri bella gesserunt: bellis fatigati pacem petentes tributa obtulerunt. Tributum precium pacis est. Nos tributa pendimus: ne bella patiamur. ac per hoc in portum ad quem illi tandem pro euadendis malorum tempestatibus confugerunt. nos consistimus: & manemus. Igitur nostra tempora uiderimus: utrum felicia. certe feliciora illis ducimus. quam: quod illi ultimo delegerunt: nos continue possidemus. Inquietudo enim bellorum: qua illi attriti sunt: uobis ignota est: in ocio autem: quod illi post imperium Cæsaris natiuitatemque christi tenuiter gustauerunt: nos nascimur. & senescimus. quod illis erat debita pensio seruitutis: nobis est libera collatio defensionis. Tantumque interest inter præterita presentiaque tempora: ut quod Roma in usum luxuriæ suæ ferro extorquebat a nostris: nunc in usum communis reipublicæ conferat ipsa nobiscum. Aut si ab aliquo dicitur: tolerabiliore parentibus nostris Romanos hostes fuisse: quam nobis Gothos esse: audiat & intelligat quanto aliter: quam circa seipsum agitur: sibi esse uideatur. Olim cum bella toto orbe feruebant: quæque puincia suis regibus: suis legibus: suisque moribus utebatur: nec erat societas affectionum: ubi diuidebat diuersitas potestatum. Postremo solutas & Barbaras gentes quis tandem ad societatem adduceret: quas diuersis sacrorum ritibus institutas etiam religio separabat. Si quis igitur tunc acerbitate malorum uictus patriam cum hoste deseruit: quem tandem ignotum locum ignotus adiit. Quam gentem generaliter hostem hostis orauit. Cui se congressu primo credidit: non societate nominis inuitatus: non communionem iuris adductus: non religionis unitate securus. An parum exempli dederunt Busiris in Aegypto peregrinorum infeliciter incurrentium impiissimus immolator. Crudelissimaque circa aduenas Dianæ Tauricæ litatura: sed magis crudelia sacra Thraciæ cum Polynestore suo usque ad propinquos hospites scelerata: & ne antiquitatibus uidear imorari: testis est Roma de Pompeio interfecto. testis est Aegyptus de interfecto Ptolemæo. Mihi autem prima qualescunque motus perturbatione fugienti: de confugiendi statione securo ubique patria ubique lex & religio mea est. nunc me Aphrica tam libenter excepit: quam confidenter accessi. Nunc me inquam ista Aphrica pace simplici excepit sinu proprio iure communi. de qua aliquando dictum: & uere dictum est. hospitio prohibemur harenæ: bella cient. primaque uetant consistere terra. Nunc ultro ad suscipiendos socios religionis & pacis suæ beniuolum late gremium pandit: atque ultro fessos: quos foueat: inuitat.

Per fidem christianam ubique securum esse peregrinum.

I Atitudo orientis: septentrionis copiositas: meridiana diffusio magnæ insularum largissimæ tutissimæque: sedes mei iuris & nominis sunt: quia ad christianos & Romanos Romanus & christianus accedo. Modo timeo deos hospitis mei non timeo religionem eius neque mea. non habeo talem quem pertimescam locum: ubi & possessori liceat perpetrare quod uelit: & peregrino non liceat adhibere quod conuenit: ubi sit ius hospitis: quod meum non sit. Unus deus: qui temporibus: quibus ipse inotescere uoluit: hanc regni statuit unitatem: ab omnibus

LIBER Q VINTVS

& diligitur & timetur. Eadē leges quæ uni deo subiectæ sunt: ubiq; dominant: ubiq; ignotus accessero: repentinam uim: tãq; destitutus non pertimesco. Inter Romanos: ut dixi: Romanus: inter christianos christianus: inter homines homo legibus imploro rempublicā: religione cōscientiā: cōmunionē naturā. utor temporarie omni terra quasi patria: quia: quæ uera est: & illa quā amo: patriā in terra penitus nō est. Nihil perdidit: ubi nihil amaui: totūq; habeo: quod do: Quem diligo: mecū est: maxime: quia & apud omnes idem est: qui me nō modo notum omnibus: uerū & proximū facit: nec egentē deserit: quia ipsius est terra & plenitudo eius: ex qua omnibus omnia iussit esse cōmunia. Hæc sunt nostrorū tēporū bona: quæ in totū: uel in trāquillitate præsentium: uel in spe futuroꝝ: uel in præfugio cōmuni: nō habuere maiores: ac per hoc cessabilia bella gesserūt: quia mutādarum sedium cōmunionē non libera persistendo in sedibus suis: aut infeliciter necati sunt: aut turpiter seruiērūt. Quod clarius, p̄mptiusq; ipsis ueterum gestis per ordinē explicatis aperietur. Anno ab urbe cōdita sexcentesimo sexto: hoc est eodē anno: quo & Carthago deleta est: Gneo Cornelio Lētulo & Lucio Mūmio cōsulibus ruinā Carthaginis euersio Corinthi subsecuta est: quæ potentissimarū urbium paruo unius tēporis interuallo per diuersas mūdi partes miserabile coluxit incendiū. Nam cū Metellus præter Acheos Boetiosq; duobꝯ bellis hoc est primo apud Thermopylas: iterū in Phocæis deuicisset: quorū priore bello occisa esse. xx. M. secundo. vii. M. cæsa Claudius historicus refert. Valerius Antias in Achaia pugnatū esse. & xx. M. Acheorū cū duce suo Dieuo cecidisse cōfirmat. Polybius uero Achiuus quī tūc in Aphrica cū Scipione fuerit: tamē quia domesticā cladem ignorare nō potuit: semel in Achaia pugnatū Critolao duce asserit. Dieuū uero adducentē ex Arcadia milites ab eodē Metello prætore oppressum cum exercitu docet. Sed de uarietate discordantium historicoꝝ aliquāta iam diximus: quorū sufficiat detecta hæc & male nota mendacioꝝ nota. quare parū credendū esse in cæteris euidenter ostendūt: qui in his quoq; quæ ipsi uiderunt: diuersi sunt. Igitur post extincta totius Achaia præsidia: destitutarū urbiū euersionem Metello prætore meditante consul Mūmius repentinus cum paucis uenit in castra: qui dimisso statim Metello Corinthum sine mora expugnauit: urbem toto tunc orbe longe omniū opulentissimā: quippe quæ uelut officina omnium artificū atq; artificioꝝ & emporium cōmune Asiae atq; Europæ: per multa retro sæcula fuit. Permissa crudeliter etiam captiuis prædandi licentia: sic omnia cædibus ignibusq; cōpleta sunt: ut de muroꝝ ambitu quasi e camino in unū apicem coartatum exūdaret incendium. Itaq; plurima parte populi ferro flammisq; consumpta reliqua sub corona uendita est. Urbe incensa muri funditus diruti sunt. Muralis lapis in puluerem redactus: præda ingens erepta est. Sane cū propter multitudinem & uarietatem statuarū simulacrorūq; in illo ciuitatis incendio p̄mixta in unū auri argenti atq; æris omnia simul metalla fluxissent: nouū genus metalli factū est. Vnde usq; in hodiernū diem siue ex ipso: siue ex imitatione eius æs Corinthiū: sicut memoriæ traditū est: & Corinthia uasa dicunt.

Corinthi
euersio.

Aes Co
rinthiū.

Iterum bella grauiā surrexisse in Hispania.

Isdem cōsulibus Viriatus in Hispania genere Lusitanus: homo pastoralis & latro: primū infestando uias: deinde uastando puincias: postre

Viriatus
Lusitanꝯ

mo exercitus prætor & consul Romanorum uincendo: fugando: subiiciendo: ma-
 ximo terrori Romanis omnibus fuit. Siquidem Iberum & Tagum maxima & di-
 uersorum locorum flumina late transgredienti & peruaganti Gaius Vecilius prætor
 occurrit: continuo caeso usque ad internitionem pene omni exercitu suo uix ipse præ-
 tor cum paucis fuga lapsus euasit. Deinde Gaium Plautium prætorē idem Vi-
 rriatus præliis multis fractum fugauit. Post etiā Claudius Vnimanus cū magno
 apparatu belli instructi contra Viriatum missus quasi pro abolenda superiore ma-
 cula: turpiorem auxit ipse infamiam. Nam congressus cū Viriato uniuersas: quas
 secū deduxerat: copias: maximasque uires Romani exercitus amisit. Virriatus tra-
 beas falces: cæteraque insignia Romana in montibus suis trophæa præfixit. Eodē
 tēpore. ccc. Lusitani cum. M. Romanis in quodam saltu contraxere pugnam: in
 qua. lxx. Lusitanos: Romanos autē. ccc. xx. cecidisse Claudius refert. Et cum ui-
 ctos Lusitani sparsi ac securi abirent: unus ex his longe a cæteris segregatus cū
 circumfusis equitibus pedes ipse deprehensus unius eorum equo lancea perfosso
 ipsius equitis ad unum gladii ictum caput desecuisset: ita omnes metu perculit:
 ut prospectantibus cunctis ipse cōtemptim atque ociosus abscederet. Appio Clau-
 dio Quinto: Cæcilioque Metello cōsulibus Appius Claudius aduersus Salascos
 Gallos congressus & uictus. x. M. militum perdidit. Reparata pugna. v. M. ho-
 stium occidit sed cum iuxta legē qua constitutum erat ut quisquis quinque milia
 hostium peremisset: triumphandi haberet potestatem. Iste quoque cum triūphum
 expectasset: propter damna uero superiora non impetrauisset: infami impuden-
 tia atque ambitione usus: priuatim cum tribus triumphauit Lucio Cæcilio Metel-
 lo & Fanio Maximo Seruiliano cōsulibus inter cætera prodigia Androgynus
 Romæ uisus iussu haruspicum in mare mersus est. Sed nihil impie expiationis
 procuratio profecit. Nam tanta subito pestilentia exorta est: ut ministri quoque sa-
 crificiorum funerum primū non sufficerent: deinde non essent. Itaque magnæ do-
 mus uacua uiuis: plene mortuis remanserūt. Largissimæ introrsum hæreditates
 & nulli penitus hæredes. Deinde iam nō solum in urbe uiuendi: sed etiā appro-
 pinquandi ad urbem negabatur facultas. Tam sæui per totā urbem tabescētium sub-
 tectis: atque in stratis suis cadauerum putores exalabantur. Expiatio illa crudelis &
 uiam mortibus hominum morte hominis instruens: tandem Romanis inter mise-
 rias erubescētibus: quæ misera & uana esset innotuit. Ante enim in suffragium præ-
 ueniendæ cladis est habita: & sic pestilentia subsecuta est: quæ tamē sine ullis sa-
 crificiorum satisfactionibus tantūmodo scdm mensurā arcani iudicii expleta cor-
 reptione sedata est: quā si artifices illi circūuentionum haruspices sub ipsa: ut asso-
 lent: declinatione morborum forte cælebrassent: proculdubio subsidiis & ritibus suis
 reductæ sanitatis gloriā uendicassent. Ita misera & ad sacrilegia male religiosa ci-
 uitas mendaciis: quibus liberari nō poterat: eludebatur. Igitur Fabius consul cō-
 tra Lusitanos & Viriatum dimicans Bacciam oppidum: quod Virriatus obside-
 bat: depulsis hostibus liberauit: & in deditionem cum plurimis aliis castellum re-
 cepit. Fecit facinus etiā ultimis Barbaris Scythiæ: nō dicam Romanæ fidei &
 moderationi execrabile. Quingentis enim principibus eorum quos societate inui-
 tatos deditionis iure susceperat: manus præcidit. Pompeius sequentis anni cōsul
 fines Numantinorum ingressus: accepta maxima clade discessit: nō solum exercitu

Roma/
norum
ignauia.

Pestilen-
tia ingēs

Fabii
Consul fa-
cinus.

LIBER QUINTVS

pene omni profligato: uerum etiam plurimis nobilium: qui eius militiæ aderat: interemptis. Viriatus autem cum per .xiiii. annos Romanos duces atque exercitus protriuisset: insidiis suorum interfectus est: in hoc solo Romanis circa eum fortiter agentibus: quæ percussores eius indignos præmio iudicarunt. At ego non modo nunc: uerum etiam sæpe intertexere orientis illa inextricabilia bella poteram: quæ raro unquam nisi sceleribus aut incipiunt: aut terminantur: sed Romanorum: cum quibus nobis actio est: tanta sunt ut iure fastidiantur aliena. Mithridates tunc siquidem rex Parthorum sextus ab Arsace: uicto Demetrio præfecto: Babyloniam urbem: sine seque eius uniuersos uictor inuasit. Omnes præterea gentes: quæ inter Hydaspem fluum & Indum iacent: subegit. Ad Indiam quoque cruentum extendens imperium Demetrium ipsum sibi secundo bello occurrentem & uicit: & cepit. quo capto Diodotus quidam cum Alexandro filio regnum eius & regium nomen usurpauit: qui postea ipsum Alexandrum filium: quem participem periculi in peruadendo regno habuerat: ne in obtinendo consortem haberet occidit. Marco Aemilio Lepido & Gaio Hostilio Mancino consulibus prodigia apparere diuersa. & quantum in ipsis fuit ex more curata sunt. sed non semper aucupatoribus euentuum & structoribus fallaciarum haruspibus opportuni casus suffragantur. Namque Mancinus consul postquam a Popilio apud Numantiam suscepit exercitum: adeo prælia infeliter cuncta gessit. atque in id suprema desperatione perductus est. ut turpissimum foedus cum Numantinis iisdem facere cogeretur: quamuis & Pompeius iam aliud æque in famæ foedus cum iisdem Numantinis pauloante pepigisset. Senatus dissoluit foedus: & Mancinum tradi præcepit Numantinis: qui nudato corpore: manibus post tergum reuinctis ante portas Numantinorum est expositus. Ibi quoque usque in noctem manens: a suis desertus: ab hostibus autem non susceptus lachrymabile utrisque spectaculum præbuit.

Quod falsa numina sibi usurparunt Romani.

Exclamare hoc loco dolor exigit: cur falso uobis Romani magna illa numina iustitiæ ac fidei fortitudinis & misericordiæ uedicatis? A Numantinis hæc uerius discite. Fortitudine opus fuit: pugnando uicerunt. Fides exigebatur: credentes aliis secundum se: quos occidere potuerant pacto: foedere dimiserunt. Iustitia probanda erat. probauit eam uel tacitus senatus: cum iisdem Numantini per legatos suos: aut inuiolatam pacem solam: aut omnes: quos pignore pacis accepto uiuos dimiserant: reposcebant. Misericordia examinanda uidebatur: satis documenti dederunt uel emittendo ad uitam inimicum exercitum: uel ad poenam non recipiendo Mancinum. Mancinus ne rogo dedendus fuit: qui uicti exercitus impendentem trucidationem prætentu boni pacti foederis dispulit? Qui periclitantes patriæ uires in meliora tempora reseruauit? At si displicuit foedus quod pactum est cur miles hoc pignore redemptus: aut cum reuerteretur receptus est: aut cum repeteret redditus non est? At si placuit seruati militis qualiscumque perquisitio: cur Mancinus qui hoc pepigit solus deditus fuit? Nuper Varro: ut per propera pugna iniretur: collegam Paulum obluçantem impulit: trepidantem præcipitauit exercitum: infelices copias apud infames illas Romanis cladibus Cænas non disposuit certamini: sed opposuit morti plus quam .xl. M. ibi militum Romanorum sola impatiencia sua: de qua sibi uictoriam iam dudum Hannibal præsumebat: amisit.

Collega etiã Paulo quo tandem uiro perduto nouissime in urbem pene solus impudentissime redire ausus meruit impudẽtie suæ præmiũ. Nam gratiæ ei: quod de republica nõ desperasset: quã tamẽ ipse fecerat desperatam: publicæ in senatu actæ sunt. Porro autẽ Mácinus qui sorte bellica circũuẽtum exercitũ: ne pderet: laborauit ab eodẽ senatu deditioe dãnatus est. Scio Romanis & illud in Varro ne displicuisse: sed tẽpori cõcessum est. & hoc in Mácino placuit: sed scdm tẽpus præsumptũ est: atq; ideo ab initio pfectis: ut nec ciuis cõsulat cõueniẽter ingratu: nec hostis fideliter credat infidis. Interea Brutus i interiore Hispania. lx. M.

Gallogre Gallogræcorũ: qui Lusitanis auxilio uenerat: a primo bello & difficili: quibus incautos circũuenisset: oppressit: quorũ in eo pœlio. l. M. occisa. Sex. M. capta referuntur: pauci fuga euaserũt. In citeriore Hispania Lepidus p cõsul Vacceos innoxiam gentẽ & supplicẽ & senatu prohibente p̄tinaciter expugnare tentauit. Sed mox accepta clade grauissima improbæ pertinaciæ pœnas luit. Sex. M. quippe Romanorũ in hoc iniusto bello iustissime cæsa sunt: reliqui exuti castris: armis etiã pditis euaserũt. Nec minus turpis hæc sub Metello clades: quã sub Mancino fuit: quare nũc sibi hæc tẽpora loco fœlicitatis ascribãt nõ dico Hispani tot pulsati fatigatiq; bellis: sed ipsi Romani tã cõtinuis subacti cladibus: totiensq; superati: ut nõ exprobrẽ quot prætores eorũ: quot legati: quot cõsules: quot legiones: quãtiq; exercitus cõsumpti sunt. Illud solũ reuoluo quãta fuerit timoris amẽtia.

Roma Miles Romanus hebetatus: ut iam nec ad experimẽtũ quidẽ belli cohibere p̄dem: atq; affirmare animũ possit. sed mox cõspecto Hispano specialiter hostem diffugiens: uinci se pene prius crederet: quã uideri. Quo argumento patet apud utrosq; misera illa tẽpora iudicata: cum & Hispani & si uincere poterant: inuiti tamẽ desererẽt ocia sua dulcia & bella externa tolerarẽt: & Romani quãto impudẽtius alienæ quieti sese ingererẽt: tanto turpis uincerẽtur.

In urbe Roma puerum natum nouum mōstrum. & in Sicilia montẽ Aetnã uastos ignes eructasse.

Puer q̄ Erui Fulvio Flacco & Quinto Calphurnio Pisone cõsulib9. Romæ puer ex ancilla natus est quadrupes: quadrimanus: oculis. iiii. aurib9 drupes. totidem natura uirili duplex. In Sicilia mons Aetna uastos ignes eructauit ac fudit: qui torrentũ modo per præcipites prona p̄xima quæq; corripiebatibus exussere flãm̄is. Longinquiora autẽ fauillis callidis cũ uapore graui late uolitantib9 torruerũt: quod Siciliae semp uernaculũ genus monstri nõ portendere malũ assolct. sed inferre. In Bononiensi agro fruges in arboribus natæ sunt. Igit̄ in Sicilia bellum ciuile ortũ est: quod adeo graue & atrox multitudine seruorũ tũc ad arma instructorũ copiaq; & magnitudine uiriũ fuit: ut nõ dicã prætores Romanos: quos penitus p̄fligauit. sed cõsules quoq; terruerit. Nam septuaginta milia seruorũ tum in arma cõspirantium fuisse referuntur: excepta urbe Messana: quæ seruos liberaliter habitos in pace cõtinuit. Cæterũ Sicilia in hoc quoq; miserior est: quia insula: & nunq̄ erga pactum suum iuris idonea: nunc tyrãnis subiecta: nunc seruis: uel illis dominatu improbo exigentibus seruitutẽ: uel istis præsumptione peruersa cõmutãtib9 libertatẽ: maxime quia clausa undiq; mari egerere foras non facile potest intestinum malum. Viperinã quippe conceptionẽ perditionis suæ aluit: sua libidine auctam: sua morte uicturã. In hac autẽ seruilis

Ciuile bellũ in Sicilia.

LIBER Q VINTVS

tumultus excitatus: quanto rarior cæteris: tanto truculentior est: quia intentione cõmouetur libera multitudo: ut patriam augeat: seruilis: ut perdat.

Scipio Numantiam deleuit.

a Nno ab urbe cõdita. dc. xx. cum maior pene infamia de fœdere apud Numantiã factõ: q̄ apud Caudinas quondam furculas pudorẽ Romanæ frontis oneraret: Scipio Aphricanus consensu omniũ ex tribuno cõsul creatus: atq; ad expugnandam Numantiã cum exercitu missus est. Numantia autẽ ceterioris Hispaniæ haud procul a Vacceis & Cantabris in capite Gallatiæ sita ultima Celtiberorũ fuit: hæc per annos. xiiii. cum solis. iiii. M. suorũ. xl. M. Romanorũ non solum sustinuit: sed etiã uicit. pudendisq; fœderibus affecit. Igit̄ Scipio Aphricanus Hispaniã ingressus nõ ilico se ingessit hostibus: ut quasi incautos circũueniret sciens nõ id genus hominũ adeo in ocium corpore atq; animo resoluĩ: ut nõ ipsa qualitate habitudinis suæ apparatus aliorũ præcelleret. s̄ d̄ aliquãdiu militẽ suũ in castris uelut in scholis exercuit. Et cũ partẽ æstatis totãq; hyemẽ: ne attentata quidẽ pugna transegisset: sic quoq; parũ p̄pmodũ hac p̄fecit industria. Nãq; ubi copia pugnanda facta est exercitus Romanus oppressus impetu Numantinorũ terga conuertit: sed increpatione & minis obiectantis sese consulis: manuq; retinentis tandẽ indignatus in hostẽ rediit: & quẽ fugiebat fugere compulit. Difficilis in relatu fides. Numantinos effugauere: & fugiẽtes uideri Romani. Vnde quis Scipio. quia præter spem acciderat: lætatus & gloriatus esset: tamẽ ultra bellum aduersus eos audendũ nõ esse p̄fessus est. Itaq; Scipio insistendum inopinatis p̄uentibus censuit. urbem ipsam obsidione conclusit & fossa circũdedit: cuius latitudo pedib; .x. altitudo. xx. fuit. Ipsum dein: de ualium sudibus præstructũ crebris turribus cõmuniuit: ut si qua ab erũpente hoste in eũ tentaretur irruptio: iam nõ quasi obsessor cũ obsesso: sed cœrsa uice obsessus obsesso repugnaret. Numantia autẽ in tumulo sita haud procul a flumine Durio tria. M. passuũ ambitu muri amplexabatur: quis aliqui asserãt eã & paruo situ & sine muro fuisse. Vnde credibile est: cum hoc spaciũ cura alendorũ custodiendorũq; pecorũ: uel etiã exercendi ruris cõmodo: cum bello premerentur incluserint ipsum arcem paruã natura munitã obtinentes. Alioquin tantã paucitatem hominũ: tam amplũ urbis spaciũ nõ munire magis q̄ prodere uidebatur. Igitur cõclusi diu Numantini: & fame trucidati deditiõẽ suã obtulerunt. Si tolerabilia iuberentur: sæpe etiã orantes iustæ pugnæ facultatẽ: ut tanq̄ uiris mori liceret. Ultimo omnes subito duabus portis eruperunt: larga prius portione usi non uini: cuius ferax is locus non est: sed succo tritici per artem confecto: quem succum a calefaciendo celiã uocant. Suscitatur enim illa ignea uis geminis madefactæ frugis. ac deinde siccatur: & post in farinam redacta molli succo admiscetur: quo fermento sapor austeritatis & calor ebrietatis adiicitur. Hac igit̄ portione post longam famẽ recalescentes bello sese obtulerunt. Atrox diu certamen & usq; ad periculum Romanorũ fuit. Iterumq; Romani pugnare se aduersum Numantinos fugiendo p̄bauissent nisi sub Scipione pugnasent. Numantini interfectis suorũ fortissimis bello cedunt: cõpositis tamẽ ordinibus: nec sicut fugiẽtes in urbẽ reuertuntur: corpora interfectorũ ad sepulturã oblata accipere noluerunt: nouissima spe desperationis in mortẽ oēs destinati clausam urbẽ ipsi introrsum

Numan
tinorum
obsidio

Numanti
norũ exi
tium

succenderunt: cunctiq; pariter ferro ueneno atq; igne consumpti sunt. Romani nihil ex his penitus habuere uinctis præter securitatē suā. Neq; n. euerfa Numantia uicisse se magis Numantinos q̄ euasisse duxerūt: unū Numantinū uictoris catena nō tenuit: unde triūphū dederit Roma nō uidit. Aurū uel argentum quod igni supesse potuisset: apud pauperes nō fuit: arma & uestes ignis absumpsit.

Deleta Numantia cæteras gentes pacem petiisse.

i Gitur ea tēpestare cum hæc apud Numantiā gesta sunt: apud Romā Gracchorū seditiones agitabant. Scipio autē cū deleta Numantia cæteras Hispaniæ gētes pace cōponeret: Tiresum quendā Celticū principē cōsuluit: qua ope res Numantina aut prius inuicta durasset: aut post fuisset euerfa. Tiresus rēdit. Concordia inuicta discordia exitio fuit: quod Romani tāq; sibi ac de se dictum exempli loco acceperunt. Quippe quib; iam de seditione discordantis Graccho totius urbis nunciabatur. Carthagine Numantiaq; deleta oritur apud Romanos rum sedi utilis de prouisione collatio: & oritur infamis de ambitione cōtentio. Gracchus tiones. tribunus plæbis iratus nobilitati: q; inter auctores Numantini fœderis notatus esset: agrū a priuatis eatenus possessum populo diuidi statuit. Octauio tribuno plæbis obsistenti ademit imperiū: & successorem Numitium dedit. His causis senatum ira: populum supbia inuasit: ac tunc forte Attalus Eumenis filius moriens testamēto populum Romanū imperio Asiæ hæredem succedere iusserat. Gracchus gratiam populi precio appetens legem tulit: uti pecunia: quæ fuisset Attali: populo distribueretur. Obsistente Nasica etiam Pompeius sponondit: se Gracchum cum primum magistratum adisset: accusaturum.

In urbe ortam seditionem grauem. & in Sicilia seruilem contagionem.

Tiberii Gracchi mors **Seruilis** cōtagio. **g** Racchus cum niteretur: ut ipse tribunus plæbis subsequēte anno permaneret: cūq; comitiorū die seditiones populi accederet: auctore Nasica inflāmata nobilitas fragmentis subseliorū plæbē fugauit. Gracchus per gradus quibus itur sup Calphurniū fornicem detracto amiculo fugiēs ictus fragmento subselii corruit: Rursusq; assurgens alio ictu clauæ cerebro impactæ exanimatus est. Ducēti præterea in ea seditione interfecti: eorūq; corpora in tiberim piecta sunt: ipsius quoq; Gracchi inhumatū cadauer extabuit. Orta præterea in Sicilia belli seruilis cōtagio multas late infecit puincias. Nam & Minturnis. cccc. l. serui in crucē acti: & Sinuessæ ad. iiii. M. seruorū a Quinto Metello & Gneo Seruilio cæpione oppressa sunt. In metallis quoq; Atheniensium idem tumultus seruilis ab Heraclito prætore discussus est. Apud Delon & serui nouo motu intumescens oppidanis præuenientibus pressi sunt absq; illo primo Siciliensis mali fomite: a quo istæ uelut scintillæ emicantes diuersa hæc incēdia seminauit. In Sicilia enim post Fuluium cōsulem Piso consul Mamercium oppidum expugnauit. ubi octo. M. fugitiuorum interfecit. Quos autē capere potuit patibulo suffixit: cui cum Rutilius consul successisset. Idem quoq; Taurominium & Aetnam firmissima fugitiuorū refugia bello recepit: ubi amplius q̄ .xx. M. tunc seruorum trucidata referuntur. Misera profecto talis belli & inextricabilis causa. Pereundum utiq; dominis erat: nisi insolescentibus seruis ferro obuiam iretur. Sed tamen in ipsis quoq; infelicissimis damnis pugnae: & infeliciores lucris uictoriae: quanti perire uicti: tantum perdidere uictores.

LIBER Q VINTVS

Attalum regem Asiae testamento Asiam reliquisse Romanis.

Nno ab urbe condita. dc. xxii. Publius Lycinius Crassus consul & potius
 a fex maximus: aduersus Aristonicum Attali fratrem qui traditam testamento
 Romanis Asiam puaserat: cum instructissimo est missus exercitu. Præte-
 rea magnis regibus: hoc est Nicomede Bithiniae: Mithridate Põti & Armeniae:
 Ariarathe Cappadociae: Philomene Paphlagoniae: eorumque maximis copiis adiu-
 tus: cõserto tamẽ bello uictus est. Et cum exercitu post plurimam cædem in fugam acto
 ipse cum iam circumuentus ab hostibus: & pene captus esset: uirgam: qua erat usus ad
 equum in oculum Thracis impegit. Barbarus autem cum ira & dolore exarsisset: latus
 Crassi gladio transuerberauit. Ita ille excogitato genere mortis effugit & dedecus Crassi
 & seruitutem. Perpenna consul: qui Crasso successerat: audita morte Crassi & clade mors
 exercitus Romani raptim in Asiam puolauit: Aristonicum recenti uictoria furiantem
 improviso bello adortus nudatum oibus copiis in fugam uertit. Cumque Stratonice ur-
 bem: ad quam ille confugerat obsidione cinxisset: trucidatum fame ad deditioem coe-
 git. Perpenna consul apud Pergamum correptus morbo die obiit. Aristonicus uero Aristoni
 ductus ad urbem Romam iussu senatus in carcere stragulatus est. Eodem anno Pto- ci mors.
 lemæi Alexandrinorum regis uita misera miserioem uitam exitum dedit. Is. n. sororem suam
 stupro cognitam: ac deinde in matrimonio receptam turpius quam duxit: abiecit. Priui- Ptole/
 gnam uero suam: hoc est filiam sororis & coniugis: coniugem asciuit: filiumque suum: quem ex so- mæus in
 rore suscepit: nec non & filium fratris occidit. Quamobrem tantis incestis parrici- cestus
 diisque execrabilis ab Alexandrinis regno pulsus est. Iisdem temporibus Antiochus non co-
 tentus Babylonia atque Hecharbana totum Mediae imperium aduersus Pharaathem Par-
 thorum regem congressus uictus est: qui cum in exercitu suo. ccc. M. armatorum hinc uideretur Antio/
 .c. M. & amplius calonum & lixarum imixta scortis & histrionibus trahebat. Itaque faci- chus
 le cum uniuerso exercitu suo Parthorum uiribus oppressus interiit. Gaio Sempronio
 Tuditano & Marco Acilio consulibus Publium Scipionem Africarium pridie pro con-
 cione de piculo salutis suae contestatum: quod sibi pro patria laboranti ab improbis
 & ingratis denunciari cognouisset: alio die mane exanimem in cubiculo suo reptum
 non temere iter mala Romanorum maxima recensuerim: praesertim cum tamen in ea urbe
 Africani uigor & modestia ualeret: ut facile uiuo eo neque sociale neque ciuile bel- Scipionis
 lum posse existere crederetur. Hunc quidam uxoris suae Semproniae: Gracchorum autem aphrica/
 sororis dolo necatum ferunt: ne scelerata: ut credo: familia: atque in perniciem patriae suae ni mors
 nata: inter impias seditiones uiroque non etiam facinoribus mulierum esset immanior.

Iterum Aetnam uasto tremore exundasse igneis globis.

Arco Aemilio & Lucio Oreste consulibus: Aetna uasto tremore con-
 m cussa exundauit igneis globis. Rursusque alio die Lypara insula & ui- Aetnae
 cinum circa eam mare in tantum efferbuit: ut adustas quoque rupes dis- exundatio
 soluerit: tabulataque nauium liquefactis caeris extorrerit: exanimatos pisces sup-
 natantes excoxerit: homines quoque nisi qui longius potuerunt diffugere: recipro-
 cato anhelitu calidi aeris adustis introrsum uitalibus suffocauit.

Vbi in Africa a bellorum excidiis cessatura est: horribilem & inusitatam per-
 ditionem locustarum secutam.

Arco Plautio Isæo & Marco Fulvio Flacco consulibus uix dum Aphri-
 m ca a bellorum excidiis quiescente: horribilis & inusitata perditio consecuta est.

Locustæ Nāq; cum per totā Aphricā immensæ Locustarū multitudines coaluissent: & nō modo iā spem cunctā frugū abrasissent: herbasq; oēs cū parte radicū & folia arborū cum teneritudine ramorū cōsumpsissent: uerū etiā amaras cortices atq; arida ligna profissent: repētino arreptæ uento: atq; in globos coactæ: portatæq; diu per aerē Aphricano pelago imersæ sunt. Harū cum imensos acruos lōge undis urgētibus fluctus per extēta late littora ppulissent: tetrū nimis atq; ultra opinionem pestiferū odorē tabida & putrefacta cōgeries exhalauit. Vnde oīum pariter animatiū tāta pestilētia cōsecuta est: ut auiū pecudū ac bestiarū corruptiōe aeris dissolutarū putrefacta passim cadauera uitium corruptiōis augerēt. At uero q̄ta fuerit hoīum lues ego ipse dum refero: toto corpore phorresco. Siq̄dē in Numidia in qua tunc Micipsa rex erat. dccc. M. hoīum: circa orā uero maritimā quæ maxime Carthaginēsi atq; Vticēsi littori adiacet: plus q̄. cc. milia perisse traditum est. Apud ipsam uero Vticā ciuitatē. xxx. milia militū: quæ ad præsiidiū totius Aphricæ ordinata fuerāt extincta atq; abrasa sunt. Quæ clades tā repētina ac uiolenta institit: ut tunc apud Vticā sub una die per unā portā ex illis iunioribus plus q̄. M. d. mortuos elatos fuisse narretur. Verum tamen pace & gratia omnipotētis dei dixerim: de cuius misericordia & in cuius fiducia hæc loquor: quīs & tēporibus nostris exoriantur aliquādo hæc diuersis partibus locustæ: & plærūq; etiā: sed tolerabiliter lædant: nunq̄ tamē temporibus christianis tanta uis inextricabilis mali accidit: ut p̄nicies Locustarū: quæ nullo mō ferri uiua potuisset: mortua plus noceret. & qua diu uiuente peritura erāt omnia: ea perdita pereuntibus magis omnibus optandum fuerit: ne periret.

Post euersam Carthaginem iterum iussum est eam restitui.

Carthago restituta. a Nno ab urbe condita. dc. xxxvii. Lucio Cæcilio Metello & Quinto Tito Flaminio cōsulibus Carthago in Aphica restitui iussa. xx. & secundo demū anno: q̄ fuerat euersa: deductus ciuium Romanorū familiis: quæ eā incolerēt: restituta & repleta est: magno antep̄digio præcedēte. Nā cū mensores ad limitādū Carthaginensem agrū missi stipites terminorū indices fixos: nocte a lupis reuulsos mordicus: corrososq; repissent: aliq̄diu hæsitatū est: utrū Romanæ paci expediret: Carthaginē reformari. Eodem anno Gaius Gracchus Gracchi illius: qui iā occisus in seditione fuerat frater: tribunus plæbis p̄ tumultū creatus: magna reipublicæ p̄nicies fuit. Nā cum sæpe populum Romanū largitionibus p̄missisq; nimis in acerbissimas seditiōes excitauisset: maxime legis agrariæ cā pro qua etiā frater eius Tiberius Gracchus fuerat occisus: tandē a tribunatu minutio successore decessit. Minutius tribunus cū maxime ex parte decessoris sui Gracchi statuta cōuulsisset: legesq; abrogasset: Gaius Gracchus cū Fulvio Flacco ingēti stipatus agmine capitolium: ubi cōcio agitabat: ascēdit. Ibi maximo tumultu excitato qdā præco a Gracchanis interfectus: uelut signū belli fuit. Flaccus duobus filiis armatis cinctus: comitāte etiā Graccho togato: breuēq; gladium sub sinistra occultāte: quis & præconē frustra præmisisset: qui seruos ad libertatem uocaret: Ianū tāq; in arce occupauit: cōtra quē Decius Brutus uir cōsularis a cliuo publico cū ingēti certamine irruit. Ibi diu obstinatissime dimicauit Flaccus. Gracchus postq; in tēplū mineruce successerat: gladio incūbere uolens interuentu lictoris retentus est. Itaq; cū diu anceps bellū agitaret: tandē sagittarii ab

LIBER Q VINTVS

Opimio missi cōsertā multitudinē disturbauerūt. Duo Flacci pater filiusq; cum per ædē Lunæ in domū priuatā desiluissent: foresq; obiecissent: rescisso craticio pariete: cōfossi sunt. Gracchus pro se amicis pugnantibus ac peuntibus ægre ad pontē subliciū puenit: ibiq; ne uiuus caperet: ceruicē seruo suo præbuit. Caput Gracchi excisum cōsuli allatū est: corpus ad Corneliā matrē Missenū oppidum deuectū est. Hæc autē Cornelia Africani maioris filia Missenū post prioris filii mortē secesserat. Bona Gracchi publicata sunt. Flaccus adolescens in robore necatus est. Ex factiōne Gracchi. cc. l. hoīes in Auentino monte cæsi referuntur. Opimius cōsul sicut in bello fuit fortis: ita in quæstione crudelis. Nā amplius q̄ tria. M. hominū suppliciis necauit: ex qbus plurimi ne dicta qdē causa inocētes interfecti sunt. Iisdē t̄pibus Metellus Baleares insulas bello puagatus edomuit. & piraticā infestationē: quæ ab iisdem tūc exoriebat plurima incolarū cæde cōpressit. Gneus quoq; Domitius p̄cōsul Allobroges Gallos iuxta opidū Vindaliū grauissimo bello uicit: maxime cū elephantorū noua forma equi hostiū hostesq; cōterriti diffugissent. xx. M. ibi Allobrogū cæsa referunt. iii. M. capta sunt.

Aetnam ultra solitum exarsisse.

e Odem t̄pē Aetna mons ultra solitum exarsit: & torrētibus igneis sup Aetna
fusis lateq; circūfluentibus Catinā urbē finesq; eius oppressit: ita ut te exarsit.
ædium calidis cineribus præusta & prægrauata corruerent: cuius leuandæ
cladis causa senatus. x. annorum uectigalia Catinensibus remisit.

Iugurthæ Numidarū regi bellum cōsensu populi Romani senatum indixisse.

Nno ab urbe cōdita. dc. xxviii. Fabius cōsul Bitunteo regi Arneruorū

a Galliarū ciuitatis bellū maximo instructu cōparātū adeo cū paruo exer
citu occurrit: ut Bytinteus paucitatē Romanorū uix ad escā canibus:
quos in agmine habebat: sufficere posse iactaret: qui cū sibi ad transferēdas co
pias unū pontē Rhodani fluminis parū esse intelligeret: aliū cū paucis lincibus
catenisq; cōnexū supstratis cōfixisq; tabulis struxit. Conserta pugna: & diu gra
uiter agitata uicti Galli: cōuersiq; in fugā dum qsq; sibi timet: coaceruatis incon
sulte agminibus præpropo trāsitu pontis uincula ruperūt. ac mox cū ipsis lincibus
merfi sunt. c. lxxx. M. armatorū in exercitu Bytintei fuisse tradunt: ex qbus
.c. l. M. uel cæsa uel merfa sunt. Quintus Martius cōsul Galloꝝ gentē sub radi
ce alpiū sitā bello aggressus est: qui cū se Romanis copiis circūseptos uiderent:
belloq; impares fore intelligerēt: occisis cōiugibus ac liberis in flāmas sese piece
runt. Qui uero præoccupātibus Romanis peragēdæ tūc mortis suæ copiā non
habuerāt: captiq; fuerāt: alii ferro: alii suspēdio: alii abnegato cibo sese cōsumpse
runt: nullusq; oīo uel puulus supfuit: q̄ seruitutis cōditionē uitæ amore toleraret.

Nno ab urbe cōdita. dc. xxxv. Publio Scipione Nasica & Lucio Cal
phurnio Bestia cōsulibus Iugurthæ Numidarū regi bellū cōsensu po
puli Romani senatus indixit. Sed ego de Iugurtha ordinis tm̄ loco & thæbellū
causa cōmemorationis breuiter p̄strinxerim: q̄a ut de natura eius uaria atq; into
lerabili. ita & de rebus tā dolose: q̄ strenue gestis pp̄ opimā scriptorū luculentiam
satis sufficiēs apud oēs noticia est. Igit̄ Iugurtha Micipsæ Numidarū regis ado
ptius: hæresq; iter naturales eius filios factus primū cohæredes suos: idest Hye
psalem occidit. Aherbalē bello uictū Africā expulit. Calphurniū inde cōsulem

aduersum se missum pecunia corrupit: atq; ad turpissimas cōditiones pacis adduxit. Præterea cum Romā ipse uenisset oibus pecunia aut corruptis: aut attentatis seditiones dissensionescq; pmiscuit: quā cū egrederet: infami satis notauit eum logio: dicēs. O urbē uenale & mature periturā: si emptorē inueneris. In sequenti anno Aulum Posthumiū Posthumii cōsulis fratrē: quē is. xl. M. armatorū exercitui præfecerat apud Calamā urbē thesauris regiis cōditis inhiantē bello oppressit: cui uictō ignominiosissimū fœdus exegit. Vniuersam pene Aphricam a Romanis deficientē regno suo iunxit. Postea tñ Metelli cōsulis integritate & disciplina coercitus: duobus etiā præliis uictus uidit præsentē se & uastari Numidiā suā & nō posse defendi. a quo in deditiōē coactus. ccc. obsides dedit. frumentū atq; alios cōmeatus psoluturū sese spopōdit. iiii. M. amplius pfugarum reddidit.

Metellus Exin cum incertus in pace improbos nō phiberet excursus: Gaii Marii cōsulis nō minore pene q̄ ipse præditus erat astutia: Romaniscq; uiribus fractus est: maxime postq̄ Marius urbē Capsam ab Hercule Phcenice: ut ferūt cōditam: regiis tūc thesauris cōfertissimā dolo circūnenit. & cepit. Diffidēs deinde ppriis rebus & uiribus Iugurtha societate cū Boccho mauroꝝ rege fecit cuius eqtatu in immensum auctus marianū exercitū creberrimis incursionibꝯ fatigauit. Postremū apud Cyrthā urbē antiquā Masinissæ regiā aduersum Romanos expugnationē eius parātes. lx. milibꝯ equitū instructus occurrit. Nūq̄ ulla Romano militi tumultuosior pugna & terribilior fuit: adeo ut discursu & fremitu circūcursantiū & impetētū eqtū suscitatus puluis cœlū subtexuerit: diē ademerit: noctēq; obdlexerit: tātus aut teloz nimbꝯ ingruerit: ut nulla pars corporis esset ab ictu tuta: q̄ppe qbus & uisus ad pspiciēdū impedimēto caliginis & expeditio ad cauedū cōpressionē multitudinis deerat. Nec laborabat eques Maurus ac Numidatorꝝ periculum. ut bene collocatū hostē opportuno teli impetu rimaret. Sed potius in incertū pila mittebant: certi: q̄ uulnera incerta nō essent. Ita coacti in unū Romani eqtes: in unū pedites densabant. Intercapedinē tāti piculi nox interueniēs dedit. Eadē postera die & belli & piculi facies erat erūpere in hostē: quis stricto miles gladio nō ualebat ferire: eminus enī iaculis repellēbat. fugere nō poterat. Undiq; enī uelocior ad psquēdū eques incluserat. Iam tertia dies & nullū undecūq; suffragiū dira undiq; mortis facies obiiciebat. Tandē Marius cōsul forti despatione spei uiā fecit: & cū uniueso simul agmine prupit e uallo. campoq; sese simul e prælio dedit. Et cū itez circūfusi hostes nō solū agminis extrema laniant: ueꝝ etiā media excussis pcul telis cederēt: turbatosq; Romanos insup etiā æstu solis intolerantia sitis: mortis circūstantia usq; ad extremū despationis fatigaret: subito notum illud Romanoz aduersus Aphros tēpestatū imbriūq; suffragiū cœlo missum insperatæ salutis fuit. Sigdē repentina pluuia sitientibus Romanis & æstuatibus refrigeriū potumq; præbuit. Porro aut Numidis hastilia teloz: quæ manu intorquere sine armētis solent: lubrica ac per hoc inutilia reddidit. Scuta etiā quæ elephāti corio extento atq; durato habilia & tuta gestabāt: cuius ea natura est: ut acceptū imbrem: tāq̄ spongia ebibat: ac per hoc in tractabile repētino potere fiat: quia circūferri nō poterāt: defendere nequiuerūt. Ita ex insperato cōturbatis destitutiscq; Mauris ac Numidis Bocchus & Iugurtha fugerūt. Post hoc. l. M. armatorū nouissimo bello ab iisdē regibus obiecta hæc quoq; usq; ad inter-

LIBER Q VINTVS

nitioem Romanis uincantibus caesa referuntur. Ex eo Bocchus spem belli abii-
ciens pacē petiuit. atq; in precium pacis Iugurthā dolo captum cathenisq; obru-
tum per Syllam legatū misit ad Mariū: qui in triumpho ante currum cū duo-
bus filiis suis actus mox in carcere strāgulatus est. Iisdem diebus obscenū pro-
digium ac triste uisum est. Lucius Aelius eques Romanus cū uxore & filia Ro-
ma in Apuliā rediens tempestate correptus est: qui cum filiā cōsternatā uideret:
ut citius ppioribus tectis succederent: relictis uehiculis: arreptisq; equis filiam
uirginē equo insidentē in mediū agmen accepit. Puella uero ictu fulminis exa-
nimata est. Sed omnibus sine scissura aliqua uestimentis adēptis: ac pectoris pe-
dumq; uinculis dissolutis: monilibus etiā annulisq; discussis: ipso quoq; corpore
illæso: nisi quod obscenū in modū nuda: & lingua paululū exerta iacuit: equus
quoq; ipse quo utebatur straturis frenis & cingulis dissolutis passim ac disper-
sis exanimis pcul iacuit. Post hoc paruo intercessu temporis Lucius Vecturius
eques Romanus Aemiliā uirginē Vestalem furtiuo stupro polluit. Duas præ-
terea uirgines Vestales eadē Aemilia ad participationē incesti sollicitans cōtur-
bernalibus sui corruptoris exposuit ac tradidit. Indicio per seruū facto suppli-
cium de omnibus sumptum est. Iisdem præterea Iugurthini belli tēporibus Lu-
cius Cassius cōsul in Gallia Tigurinos usq; ad oceanum psecutus: rursumq; ab
eisdem insidiis circūuentus occisus est. Lucius quoq; Piso uir consularis legatus
Cassii cōsulis interfectus. Gaius Publius alter legatus: ne residua exercitus por-
tio: quæ in castra cōfugerat: deleret: obsides & dimidiā partem rerum omnium
Tigurinis turpissimo fœdere dedit: qui Romā reuersus a Cælio tribuno plæbis
die dicta eo q; Tigurius obsides dederat: in exilium profugit. Scipio proconsul
capta urbe Gallorum: cui nomen est Tolosa. c. M. ponderis auri: & argenti. c. x. Scipiōis
. M. e templo Apollinis sustulit: quod cum ad Massiliam amicam populo Ro-
mano urbem cum præsidiis misisset. interfectis clā: sicut quidam contestantur:
quibus ea custodienda & peruehenda cōmiserat: cuncta per scelus furatus fuisse
narratur. Vnde Magna quæstio post Romæ acta est.

Multas gentes in unum conspirasse: ut Romanum nomen delerent.

Nno ab urbe cōdita. dclxii. Gaius Manlius & Quintus Cæpio pro-
a cōsules aduersus Cimbro & Teutones Tigurinos & Ambronas Gal-
lorum gentes: quæ tunc: ut imperium Romanum extinguerēt: conspi-
rauerant: missi puincias sibi Rhodano flumine medio diuiserunt: ibi dum inter
se grauissima inuidia & cōtentione disceptant cū magna ignominia & periculo
Romani nominis uicti sunt. Siquidē in ea pugna Marcus Aemilius consularis
captus atq; interfectus est. Duo filii cōsulis cæsi. lxxx. M. Romanorū sociorūq; Roma-
ea tēpestate trucidata. lx. M. calonū atq; lixarū interfecta Antias scribit. Ita & ex
norū stra-
omni penitus exercitu. x. tantūmodo homines: qui miserū nunciū ad augendas
ges.
miserias reportarēt: supfuisse referuntur. Hostes: binis castris atq; ingenti præda
potiti noua quadā atq; insolita execratione cunctaq; cæperant: pessundederunt.
Vestis discissa & proiecta est: aurum argētumq; in flumen abiectum est: loricae
uirosq; concisæ: phaleræ quoq; equorū disperditæ: equi ipsi gurgitibus immerisi:
homines laqueis collo inditis ex arboribus suspensi sunt: ita ut nihil prædæ ui-
stor: nihil misericordiæ uictus agnosceret. Maximus tunc Romæ nō solum lu-

etus: uerū etiā metus fuit: ne cōfestim Cimbri alpes transgredierentur: Italiamq;
 .Q. Fa/ delerent. Iisdem tēporibus Quintus Fabius Maximus filium suum adolescen-
 bius ma tem ruri relegatum cum duobus seruis parricidii ministris interfecit: ipsosq; cō-
 ximus. tinuo seruos in preciū sceleris manumisit. Die dicta: Gneo Pompeio accusante
 damnatus est. Igitur Marius quarto cōsul: cum iuxta Isaram Rhodanūq; flumi-
 na: ubi in sese cōfluūt castra posuisset: Theutones Cimbri & Tigurini & Ambro-
 nes: postq; continuo triduo circa Romanorū castra pugnarunt: si quo pacto eos
 excuterent uallo: atq; in equū funderent: tribus agminibus Italiam petere desti-
 narunt. Marius post digressum hostiū castra mouit: & collem occupauit: qui cā-
 po & fluuio: ubi hostes sese diffuderāt: imminebat. Cūq; exercitui eius aqua ad
 potandum deesset: quærelisq; omniū coargueretur: aquam quidem in conspectu
 esse respōdit: sed eam ferro esse uendicandam. Primis itaq; calonibus cū clamore
 in pugnam ruentibus subsecutus exercitus: mox iusto certamine cōpositis ordi-
 nibus bellatū est: & uicere Romani. Quarto die rursus pductæ utrinq; in cam-
 pum acies usq; ad meridiē pene pari pugna uere discrimine. Post ubi incalescēte
 sole fluxa Galloꝝ corpora in modū niuium distabuerunt: usq; in noctem cædes
 Roma/ potius q̄ pugna protracta est. Ducenta milia armatoꝝ in eo bello interfecta sunt
 norū ui/ .lxxx. M. capta. uix. iiii. M. fugisse referuntur. Dux quoq; eorū Teutobecchus oc-
 ctertia. cisus est. Mulieres eorū constantiore animo: q̄ si uicissent: petierunt a cōsule: ut si-
 bi inuiolata castitate: uirginibus sacris ministrare fas esset: quo uitam sibi reser-
 uarent. quā rem cum nō impetrassent: paruulis suis ad saxa illis cunctæ sese fer-
 ro ac suspēdio peremerūt. Hæc de Tigurinis & Ambronibꝯ gesta sunt. Theuto-
 nes autē & Cimbri integris copiis alpium niues emensi Italiae plana puaferunt.
 Ibiq; cum rigidum genus diu blandioribus auris cibis poculis ac lauacris emol-
 liretur: Marius quintū cōsul & Catulus aduersus eos missi: die ad pugnam &
 campo dato: Hannibalis secuti ingeniū: in nebula disposuere pugna: in sole pu-
 gnauerunt. Prima siquidem perturbatio Galloꝝ fuit: q̄ Romanam aciem prius
 offendere dispositam: q̄ adesse senserūt. Cūq; ilico uulnerati equites retro in suos
 cogerentur: totāq; multitudinē indisposite adhuc aduentantē conturbarēt: & sol
 cū uento ortus ex aduerso emicuiisset: uisus eorū puluis oppleuit: & splendor he-
 betauit. Ita factum est: ut tanta ac tam terribilis multitudo: minima Romanorū
 Cíbrorū clade: sua ultima internitione cæderetur. Centū. xl. M. eorū tūc in bello cæsa. xl.
 & Theu/ .M. capta dicuntur. Mulieres grauiorē pene excitauere pugnam: quæ plaustris
 tonū stra in modum castroꝝ circūstructis: ipsæ autem desuper propugantes diu prope re-
 ges. pulere Romanos. Sed cum ab his nouo cædis genere terrerentur: abscissis enim
 cum crine uerticibus inhonesto satis uulnere turpes relinquebantur: ferrū quod
 in hostem sumptserant: in se suosq; uerterunt: nāq; aliæ concursim mutuo iugula-
 Mulierū tæ. aliæ apprehensis inuicem faucibus strangulatae. aliæ funibus per equorū cru-
 facinus. ra confertis ipsiq; equis extimulatis: quibus equorū crura nexuerāt: indidere cer-
 uices: quousq; protractæ atq; exanimatæ sunt. aliæ laqueo de subiectis plastro-
 rum temonibus pependerūt. Inuenta est etiam quædam quæ duos filios traie-
 ctis per colla eorum laqueis ad suos pedes uixerit: & cū seipsam suspēdio mori-
 turam dimisisset: secū traxerit occidēdos. Inter hæc multa & miserabilia mortis
 genera: reguli quoq; duo strictis in se gladiis cōcurrisse referunt. Lucius & Bo-

LIBER Q VINTVS

iorix reges in acie ceciderunt. Claudius & Ceforix rapti sunt. Ita in his duobus praeliis. ccc. l. M. Galloꝝ occisa. & c. xl. M. capta sunt: absq; innumera mulierũ multitudi- ne: quæ se suosq; paruulos foemineo furore: ui aut uirili necauerunt.

Post triumphum Marii incredibile facinus & nunq̃ antea Romanis cog- nitum perpetratum fuisse.

Gitur talẽ Marii triũphũ Romanãq; uictoriã incredibile facinus: & nunq̃ antea Romanis cognitũ. Romæ subito ppetratũ: uersa i horrorẽ ac mœrorẽ tota urbe suscauit. Publitius qdã malleolus seruis annitẽti bus matrẽ suã interfecit. Dãnatus parricidio: insutusq; eculeo i mare p̃iectus est: Parrici- i p̃pleuerũtq; Romani facinus & pœnã: de qua re Solon Atheniẽsis decernere nõ dium ausus fuerat: dũ fieri posse nõ credidit: & Romani q se ortos a Romulo scirent: Publitii etiã hoc fieri posse intelligẽtes suppliciũ singulare sanxerũt. Anno ab urbe cõdi- Malleoli ra. dcv. post Cimbricũ & Teutonicũ bellũ & quintũ Marii cõsulatũ: quo status impii Romani iure cõseruatus iudicat: cõsulatu sexto eiusdẽ Gaii Marii ita la- befactatus est: ut pene usq; ad extremũ intestina clade cõciderit. Euoluere ac per currere mihi discordiaꝝ ambages & inextricabiles seditionũ causas icõmodũ si mul ac lögũ uideat: sane breuiter strinxisse sufficiat: quod primus Lucius Apule ius Saturninũ excitati tumultus auctor extiterit: quinto Metello Numidico ui ro sane primario acerrimus inimicus: q eũ censore creatũ ptractũ domo: atq; in Capitoliũ fugiẽtẽ armata multitudo obsedit: unde eqtũ Romanorũ indignatio ne deiectus est: plurima ante Capitoliũ cæde facta. Anumiũ deinde cõpetitorẽ Bellũ ci- suũ Saturninus & Glaucia: fraude Gaii Marii cõsules: occiderũt. subsequẽte an uile. no Marius sextum cõsul & Glaucia prætor: & Saturninus tribunus plæbis cõ- spirauerũt: Metellũ Numidicũ in exiliũ quacũq; ui agere. Die dicta a supposi- tis eiusdẽ factiõis infamibus ausib; cõcionẽ domi suæ habuit: ibiq; ab aliis rex: ab aliis impator est appellatus. Marius manipulatum plæbe descripta alteꝝ cõ- sulẽ cũ præsidiis in colle disposuit: ipse portas cõmuniuit. In foro praeliũ cõmis- sum est. Saturninus a Marianis foro pulsus in Capitoliũ cõfugit. Marius fistu- las qb; eo aq; deducebat: incidit. Bellũ deide i aditu Capitoliũ horridũ satis actũ est. Multiq; circa Saufeniũ & Saturninũ cæsi. Saturninus palã clamitãs Mariũ auctorẽ eẽ oĩum molitionũ suarũ cõtestatus est. Cũ aut ipse Saturninus & Sau- feni; & Labienus cogẽte Mario i curiã cõfugissent: p eqtes Romanos effractis forib; occisi sunt. Gaius Glaucia extractus e domo Claudii trucidatus est. Furi; tribunus plæbis bona oĩum publicãda decreuit. Gneus Dolobella Saturnini fra- ter p forũ olitoriũ fugiẽs cũ Lucio Ieganio interfectus est. Itaq; auctorib; tãtã se ditiõis occisis qes populo fuit. Tũc Cato atq; Põpeius rogationẽ de reditu Me- Rutilii i telli Numidici toti; urbis gaudio pmulgarũt. quod ne p̃ficere: Marii cõsulis & tegrilas. Furi; tribuni plæbis factiõib; itercessum est: Rutili; quoq; uir itegerrim; adeo fidei atq; inocẽtiæ cõstãtia usus est: ut die sibi ab accusatorib; dicta usq; ad co- gnitionẽ neq; capillũ barbãue sumiserit. neq; sordida ueste humiliue habitu suf- fragatores cõciliarit. inimicos pmulserit: iudices tẽperarit: orationẽq; a prætore cõcessam nihilo summissorẽ q̃ animũ habuerit. Cum euidẽti oppugnare: calũ- nia: & opinione bonorũ omniũ iure absoluẽdus putaret: piurio iudicũ cõdẽna- tus est: qui Smyrnã cõmigrans litterarum studiis cõtentus cõsenuit.

PAVLI OROSII

Mœstam urbem prodigia terruerunt.

Prodigia Nno ab urbe condita. dc. lix. Julio Cæsare & Lucio Marco Philippo cōsulibus intestinis causis sociale bellum tota cōmouit Italia. Siquidē Liuius Drusus tribunus plæbis Latinos oēs spe libertatis illectos cū placito ex-
 plere nō posset: in arma excitauit: quo accessit ut mœstā urbē prodigia dira terre-
 rent. Nā sub ortu solis globus ignis a regione septētrionis cū maximo cœli fra-
 gore emicuit. Apud Aretinos cū panes per cōuiuia frāgerent: cruor e mediis pa-
 nibus quasi e uulneribus corporū fluxit. Præterea per septē cōtinuos dies grādo
 lapidū imixtis etiā testarū fragmētis terrā latissime uerberauit. In Sānitibus ua-
 stissimo hiatu terræ flāma prupit. & usq; in cœlū extēdi uisa est. Cōplures præ-
 terea itinere uidere Romani globum coloris aurei cœlo ad terrā deuolui. maio-
 remq; factū rursus a terra in sublime ad orientē solem ferri ac magnitudine sua
 ipsum solē obtexisse. Drusus tātis malis anxius domi suæ incerto qdem auctore
 interfectus est. Igit̄ Picentes & Vestini Marfi Peligni Marrucini Sānites & Lu-
 cani: cū adhuc occultā defectionē meditarent: Gaium Seruium prætorē legatū
 ad se missum apud Asculū occiderūt: statimq; clausa ciuitate oēs ciues Romāos
 in dicta cæde iugularūt. Cōtinuo atrocissimā p̄niciem infamissima præcessere p̄
 digia. Nāq; oīum generū aīalia: quæ manus hoīum p̄peti: atq; inter hoīes uiuere
 solita erant: relictis stabulis pascuisq; cū balatu hinnitu magnituq; miserabili ad
 siluas montesq; fugerūt. Canes quoq; quorū natura est extra hoīes esse nō posse:
 lachrymosis ululatib; uagi lupoꝝ ritu oberrarunt. Igit̄ Gneus Pōpeius prætor
 cū Picentibus iussu senatus bellum gessit & uictus est. Postq̄ sibi Sānites Papiū
 Mutilium impatorē præfecerant: Marfi aut̄ Agamēnonē archipiratā præopta-
 uerant: Julius Cæsar Sānitum pugna uictus cæso fugit exercitu. Rutilius cōsul
 Mariū p̄pinquū suū legatū sibi legit: quē assidue submonentē morā bello uti-
 lem fore & paulisper in castris exerceri militē oportere tironē: dolo id eū agere
 ratus contempsit: seseq; in insidias marsoꝝ & uniuersum agmē exercitus sui in-
 cautus iniecit: ubi & ipse consul occisus & multi nobiles interfecti & octo. M.
 Romanoꝝ militū cæsa sunt. Arma & corpora interfectoꝝ in conspectu Mariū
 legati Telonius Flauius pertulit. atq; in testimoniū cladis euexit. Marius raptis
 cōtinuo copiis uictores insperatus oppressit. octo. M. & ipse Marsoꝝ interfecit.
 Cæpio autem a Vestinis & Marfis deductus in insidias cum exercitu trucidat-
 us est. Julius Cæsar postq̄ apud Eserniā uictus aufugerat: cōtractis undiq; co-
 piis aduersus Sānitas & Lucanos dimicans multa hostiū milia interfecit. Cūq;
 ab exercitu impator appellatus esset: Romāq; nuncios pro adepta uictoria mi-
 sisset: senatus Sagum hoc est uestē mœroris: quā exorto sociali bello sumpserat:
 hac spe arridente deposuit. atq; antiquū togæ decorē recupauit. Marius deinde
 sex. M. Marsoꝝ cecidit. Septē milia armis exiit. Sylla cū. xxiiii. cohortib; Eser-
 niā missus: ubi artissima obsidiōe Romani ciues & milites premebant: maximo
 bello & plurima cæde hostiū urbē sociosq; seruauit. Gneus Pōpeius Picētes gra-
 ui p̄celio fudit: qua uictoria senatus latos clauos & cætera dignitatis insignia re-
 cepit: cū togas t̄modo de uictoria Cæsaris primū respirāte sumpsisset. Porcius
 Cato prætor & Plotius legatus Hetruscos & Umbros plurimo sanguine imp̄eso
 difficillimo labore uicerūt. Gneo Pōpeio & Portio Catone cōsulibus: Pompeius

**Alia Ro-
manorū
uictoria**

LIBER Q VINTVS

diu obsedit Asculū ciuitatē. nec tamē expugnauisset: nisi populū in campū pro-
rumpentē grauissima oppressione uicisset. Decē & octo milia Marsoꝝ in ea pu-
gna cū Frāco suo impatore cæsa. sunt capta. iiii. milia. Quattuor milia autē Ita-
licoꝝ uiroꝝ ex ea cæde pfugoꝝ: iugum montis coacto in unū agmine forte cō-
scenderant. ubi oppressi exanimatiq; niuibus miserabili morte riguerunt: & ui-
sebantur: nec ullum erat pcul intuentibus mortis indiciū nisi diuturna imobili-
tas: quā nullo modo humanæ uitæ uegetatio diu ppeti potest. Eadē die Picentes
uicti sunt: quoꝝ dux Iudacilius cōuocatis principibus suis post magnificas epu-
las largaq; pocula cunctos ad exēplū sui puocās hausto ueneno cōsumptus est:
cunctis factum eius laudantibus: sed nemine subsequēte. Anno ab urbe condita
.dc. lxi. cū ad obsidendos Sānites Pōpeius & Romanus isset exercitus: & Post-
humus Albinus uir cōsularis: tūc Lucii Syllæ legatus intolerabili supbia oīum
in se militū odia suscitasset: lapidibus occisus est. Sylla cōsul ciuilem cruorē non
nisi sanguine hostili expiari posse testatus est: cuius rei cōscientia permotus exer-
citus ita pugnā adorsus est: ut sibi unusq; pereundū uideret: nisi uicisset. xviii.
Sānitum. M. illo pœlio cæsa sunt. Iuuentiū quoq; Italicum ducem & magnū
īplius populū psecutus occidit. Portius Cato cōsul Marianas copias habens: Portius
cum aliquāta strenue gessisset: gloriatus est: Gaium Mariū nō maiora fecisse: Cato a fi-
& ob hoc cum ad Lacū Fucinū cōtra Marsoꝝ bellum gereret: a filio Gaii Ma-
rii in tumultu belli: quasi ab incerto auctore pstratus est. Gaius Gabinius lega-
tus in expugnatione hostiliū castroꝝ interfectus est. Marrucini Vestiniq; Sul-
pitio legato Pompeii psequēte uastati sunt: Popedius & Obsidius Itali impera-
tores ab eisdē Sulpitio apud flumen Theanū horribili pœlio oppressi & occisi
sunt. Pompeius Asculum ingressus præfectos & centuriones cunctosq; princi-
pes eoꝝ uirgis cecidit. securiq; pcussit: seruos prædamq; omnē sub hasta uendi-
dit: reliquos liberos quidē: sed nudos & egentes abire præcepit. Et cum de hac
præda opitulationē aliquā in usum stipendii publici senatus fore speraret: nihil
tamē ex ea Pompeius egenti ærario cōtulit. Nāq; eodem tempore cum penitus Aærarii.
exhaustum esset ærarium & ad stipendiū frumenti deesset expensa: loca publica Ro. ino-
quæ in circuitu Capitolii pontificibus: auguribus: decem uiris & flaminibus in-
pessionē tradita erant: cogente inopia uendita sunt: & sufficiens pecuniæ mo-
dus: qui ad tempus inopiæ subsidio esset: acceptus est. Equidem in sinum tunc
īplius ciuitatis euersarum omniū urbium nudatarumq; terrarū abraſæ undiq;
opes cōgerebantur: cum ipsa Roma turpi adigente inopia præcipuas sui par-
tes auctionabatur. Quamobrē cōsideret tunc tempora sua: cum quasi inexplē-
bilis uenter cuncta cōsumens & semper esuriens cunctis urbibus quas miseras
faciebat: ipsa miserior nihil relinquens nihil habebat: & stimulo domesticæ fa-
mis ad continuationē bellicæ inquietudinis trudebatur. Iisdem temporibus rex
Sothimus cum magnis Thracum auxiliis Græciam ingressus cunctos Mace-
doniæ fines depopulatus est. Tandemq; a Gaiō Sentio prætore superatus redire
in suū regnum coactus est.

Bellum Mithridaticum & bella ciuilia cœpere pene simul.

Anno ab urbe cōdita. dc. lxxii. nondū finito sociali bello: Romæ primū Bellū ci-
bellum ciuile cōmotū est: eodēq; anno Mithridaticū bellū: & si minus uile.

Bellū Mi infame: non tamē minus graue cceptum est. Equidē de Mithridatici belli spatio
 thridati/ uarie traditum est: utrū abhinc cceperit: an tunc præcipue exarserit: maxime cū
 cum. alii. xxx. alii. xl. annis gestū ferant. Sed quis iisdem tēporibus gesta pplexis co/
 aceruata malis exarserint: a me tamē speciatim: & si breuiter singula pferentur.
 Marius: Sylla consule: cōtra Mithridatē in Asiā cū exercitu pfecturus: in Cāpa
 nia tamē: ppter socialis belli reliquias consistentes: affectauit septimū cōsulatū:
 & bellum suscipe Mithridaticū. Quo Sylla cognito: impatiens reuera iuuenis:
 intempataq; ira pcitus cū. iiii. legionibus primū ante urbē confedit: ubi Grati/
 dium Marii legatū: quasi primā uictimā belli ciuilis occidit: mox urbē cū exer
 Syllæ in citu irrupit: faces ad inflāmandā urbē poposcit. Omnibus metu addictis p sacrā
 urbē ir/ uiā cito agmine in forū uenit. Marius cū pmouere nobilitatē: inflāmare plæbē:
 ruptio. equestre deide ordinē parmare aduersus Syllā frustra tentasset: postremo seruis
 spe libertatis & prædæ ad arma sollicitatis: nec quicq; repugnare ausis tandem in
 Capitoliū cōcessit. Sed cum eo Syllanæ cohortes irruissent: magna suorū cæde:
 diffugit. Ibi tunc Sulpitius Marii collega: seruo suo pdente: pstratus est. Seruū
 uero ipsum: q; hostē indicauerat: manumitti: q; uero dominū pdiderat: saxo Tar
 Marii fu peio deiici cōsules decreuerunt. Marius fugiens cum psequentiū instātia circū/
 ga. septus esset in Minturnesiū paludibus sese abdidit: de qbus infeliciter Iuto obli
 tus: ignominioseq; ptractus: turpi aut spectaculo Minturnas deductus: contru/
 susq; in carcerē pcussorē ad se missum solo uultu exterruit. Deinde lapsus e uin/
 culis in Aphricā trāsfugit. Sollicitatoq; ex Utica filio: ubi is custodia obseruat:
 Marii re cōtinuo Romā regressus: Cinnæ cōsuli societate scelex cōiunctus est. Igit ad cō
 ditus. fligandā uniuersam rēpublicā exercitū sibi in quattuor partes diuiserūt. Tres si
 quidē legiones Mario datæ: parti copiarū Gneus Carbo præpositus est. Partem
 Sertorius accepit: Ille scilicet Sertorius iā hinc ciuilis belli incētor & particeps:
 qui etiā hoc finito aliud post in Hispania bellū excitauit: quod p multos annos
 maximis Romanorū cladib; traxit. Cætera uero exercitus portio Cinā secuta est.
 Porro aut Gneus Pōpeius: qui a senatu cū exercitu accersitus: ut reipublicæ opi
 tularetur: & diu sese nouarū rerū aucupatione suspenderat: cōtēptus a Mario uel
 Cinna ad Octauīū consulem sese cōtulit. & mox cum Sertorio cōfligit. Infelicē
 pugnā interuētus noctis diremit. Sexcēti ex utraq; parte milites trucidati sunt.
 Pōpeius Postera die cum pmixtim corpora ad sepulturā discernentur: miles Pompeia/
 nus fratris sui: quē ipse interfecerat: corpus agnouit. In trāscursu enī utrinq; co/
 gnitionē uultus & galeæ considerationē furor ademerat: quis parum sit culpæ
 circa ignorantia: ut uideatur nescisse de fratre: quod non ambigit scisse de ciue.
 Itaq; uictor uicto infelicior: ubi & fratris corpus agnouit. & parricidium suū
 execratus bella ciuilia ilico pectus suum gladio transuerberans: simulq; lachry/
 mas & sanguinē fundens super fraternū sese cadauer abiicit. Et quid hoc pro/
 fuit ad confusionem crudelis incepti: quod in primo statim bellorum ciuiliū
 exordio infamis fama percrebuit: concurrisse ignaros quidem fratres: sed con/
 scios ciues petiisse fratrem scelere uictorē fratris occisi spolia: ac mox tantæ im/
 manitatis rerū eodē gladio atq; eadem manu per suam necem parricidiū: quod
 admiserat: uindicasset. Nunquid in tantarum animositate partiū tam triste mo/
 uit exemplum? Nunquid apud quenq; periculum sceleris repulit terror erroris?

LIBER Q VINTVS

Nūquid hæc quæ cōmunis est etiã cum belluis pietas & reuerētia naturæ: quod unus perimendo ac pereundo cōmisit: quod in se agi posset intremuit: seseq; ab huiusmodi incepto cōscientia uictus remouit? Quin potius annis fere. xl. con/ sequētibus in tantū cōtinuata sunt bella ciuilia: ut magnitudo laudis appetenda ex magnitudine sceleris putaret. Omnes enim post tale documentū in tali mali/ tia parricidior; pericula refugissent: nisi parricidia ipsa uoluissent. Igitur Marius **Marii** **uitia.** coloniã Hostiensem ui ingressus omnia ibi genera libidinis auaritiæ & crudeli/ tatis exercuit. Pompeius fulmine afflatus interiit. Exercitus uero eius pestilentia correptus pene totus absumptus est. Nam. xi. M. uiroꝝ de castris Pompeii mor/ tua sex. M. autē de parte Octauii consulis subtracta sunt. Marius Antiū & Ari/ ciam ciuitates hostiliter irrupit. cunctosq; in his præter proditores interfecit: bo/ na suis diripienda permisit. Post Cinna cōsul cum legionibus: & Marius cum fu/ gitiuis urbem ingressi nobilissimos quosq; e senatu: & plurimos cōsulares uiros interfecerunt. Sed quota hæc portio ostentatæ miserix est: uno uerbo definisse cædem bonorum: cuius fuit tanta numerositas: tanta diuturnitas: tanta crudeli/ tas: tantaq; diuersitas. Verūtamē æquius est: me aliquid utilitatis subtraxisse cã: q̄ tantum horroris ingessisse notitiæ: siue peritis hæc: siue imperitis obiiciantur. De patria siquidem: de ciuib; & de maioribus nostris hæc loquimur: qui his **clauda** **caly** exagitati malis tam abominanda gesserūt: de quibus etiam auditis posteri per/ horrescant: qui profecto nolunt ista nimium exaggerari: aut sufficientis notitiæ moderatione: si sciunt: aut misericordis reuerentiæ contemplatione: si nesciunt. Igitur Marius cū interfectoꝝ ciuium capita illata conuiuuis: oblata Capitolio: collocata rostris: spectaculum ornatumq; congereret: ac septimū consulatū cum **Marii** **mors.** Cinna tertiū consule puasisset: in exordio consularis imperii sera tandem morte præreptus est. Cinna bonoꝝ neces maloꝝ cæde suppleuit. Nam cum introducta per Mariū fugitiuoꝝ manus insatiabilis prædandi esset: nullamq; partē aucto/ ribus prædæ cōsulibus ministraret: in forum quasi stipendii causa sollicitata: mi/ litibusq; circūdata: inermis extincta est. Cæsa sunt illa die in foro urbis octo. M. fugitiuoꝝ: idemq; Cinna quartum consul ab exercitu suo interfectus est. Interea **Cinna in** **terfectus** residui senator; qui potentiã Cinnæ & Marii crudelitatem: insaniã Fimbriæ: Ser/ toriiq; audaciã fuga euaserāt: transuecti in Græciã coegere precibus Syllam: ut periclitanti imo iam pene pditæ patriæ opem ferret. Igitur Sylla mox ut Cam/ **Syllæ re** **ditus in** **Italiam.** panum littus attigit: Norbanū cōsulem prælio oppressit. vii. milia tunc Roma/ norū Romani interfecerūt. sex milia eorūdem ab iisdem capta sunt. c. xxiiii. de Syllana parte ceciderūt. Fuluiꝝ uero Hadrianus: cui imperiū pro prætore erat: regnū Aphricæ seruoꝝ manu affectans a dominis eoꝝ apud Vticã cōgestis sar/ mentis cū omni familia incensus est. Damasippus prætor incentore Mario cōsu/ le Quintū Scauolam: Gaiū Carbonē: & Lucium Domitiū: Publium Antistiū: in curiã quasi ad consultandū uocatos crudelissime occidit. Corpora interfectoꝝ per carnifices unco tracta: atq; in Tyberim missa sunt. Eodē tempore Syllæ du/ ces plura prælia aduersus marianas partes infelicitissima scelicitate gesserūt. Nã & Quintus Metellus Charinatis copias cecidit. & castra puasit. & Gneus Pōpe/ ius Carbonis equitatū grauiter trucidauit. Syllæ etiã & Marii adolescētis maxi/ mū tūc præliū apud sacriportū fuit: i quo de exercitu Marii cæsa sūt. xxv. M.

sicut Claudius scribit. Pompeius Carbonē etiam castris exiit: fugientēq; insecutus nunc cædendo: nunc ad deditiōē cogēdo plurima exercitus parte priuauit. Metellus Norbani agmen oppressit: ubi .ix. milia marianæ partis occisa sunt. Lucullus cum a Quintio obsideretur: erupit: & repentina pugna obsessorē delevit exercitum. Nam plus q̄ .x. milia ibi tunc cæsa referuntur. Sylla deinde cū Campaninio Sānitum duce & Charinatis reliquis copiis ante ipsam urbē portamq; collinam ad horam diei nonam signa contulit. grauiſſimoq; prælio tandē uicit. lxxx. milia hominum ibi fusa dicuntur. xi. milia sese dediderunt. reliquam multitudinē in fugam uersam insatiabilis uictorum ciuium ira consumpsit.

Syllæ Vi
etoriæ.

Sylla urbem intrauit. multosq; interfecit & proscripsit.

Sylla mox ut urbem uictor intrauit. iiii. milia hominū qui se per legatos dediderant: contra fas contraq; fidem datam inermes securosq; interfecit. Plurimi tunc quoq;: ut non dicā innocentes: sed etiā ipsius Syllanæ partis occisi sunt: quos fuisse plus q̄ .ix. milia ferunt: ita libere per urbem cædes percussoribus passim uagātibus ut quēq; uel ira uel præda sollicitabat: agitabatur. Igit' cunctis iam: quod singuli timebant: aperta fronte timentibus: Quintus catulus Syllæ dixit: cum quibus tandē uicturi sumus: si in bello armatos: in pace inermes occidimus. Tunc Sylla auctore Lucio Fursidio primipilari primus infamem illam tabulam proscriptionis induxit.

Tabula
Syllæ.

Sylla dictaturam adeptus est.

Prima proscriptio. lxxx. M. hominū fuit: in quibus quattuor consulares erāt Carbo Marius Norbanus & Scipio: inter eosq; Sertorius tūc maxime ptimescendus. Item alia cum .d. nominibus proposita est: quā cum Lollius quippe securus: nihilq; sibi conscius legeret: ubi suū repente nomē offendit: dum se trepidus adoperto capite foro subtrahit: interfectus est. sed ne i ipsis quidem tabulis fides ac finis malorum uidebatur. Nāq; alios: quos proscripserāt: iugulabāt. Alios autem postq̄ iugulauerant: proscribebant. Nec ipsius mortis erat uia simplex: aut una conditio: ut in nece ciuium saltē ius hostiū seruaret: qui nihil uictis præter uitā exigunt.

M. Ma
rii mors.

Marcum Mariū siquidē de caprili casa extractū uinciri Sylla iussit. ductumq; trans Tiberim ad Lucretiorū sepulchrum effossis oculis: mēbrisq; minutatim defectis: uel etiā fractis trucidari. Post hunc Publius

C. Ma
rii mors.

Lectorius senator & Venuleius triuuir occisi. Marci Marii caput Præneste est missum: quo uiso Gaius Marius ultima desperatione correptus: ubi a Lucretio obsidebatur: ne incideret in inimicorū manus cum Telesino mutua morte cōcurrerit. Dumq; uolentius ipse in cōcurrentem manus adegit: circa suum uulnus manum percutientis hebetauit. Ita eo interfecto ipse leuiter uulneratus ceruicē seruo suo præbuit. Charinatem prætorē Romanum Sylla iugulauit. Inde Præneste profectus omnes Marianæ militiæ principes hoc est legatos: quæstores: præfectos: & tribunos iussit occidi. Pompeius carbonē a Cossura insula in Aegyptū fugere conantē in Siciliā ad se retractum & cōplures cū eo socios eius occidit.

Sylla di
ctator.

Sylla dictator creatus est: ut dānationis & crudelitatis libido honesti præcipuiq; nominis reuerentia & amaretur & uelaretur. Pompeius in Aphricā transgressus eruptione circa Vticam facta. x. & .ix. M. hominum interfecit: quo bello Domitius dux Marianus: dum inter primores pugnat: occisus est. Idemq; Pompeius

LIBER QUINTVS

Hiertā Numidiæ regē p̄secutus: fugientē ab Vgode bocchi mauroꝝ regis filio spoliari oibꝫ copiis fecit: quē cōtinuo Bullā reuersus tradito sibi oppido interfecit.

Post bella ciuilia sonātibꝫ undiqꝫ belloꝝ fragoribꝫ quattuor bella exurrexisse.

Reatis itaqꝫ Publio Seruilio & Oppio Claudio cōsulibus Lucius Sylla est tandē priuatus: Hoc fine cōclusa sunt duo bella funestissima: socialia: Italicum: & Syllanum ciuile. Hæc per annos. x. tracta plus q̄. c.

.l. M. Romanoꝝ consumpserunt. tantūqꝫ lectissimorꝫ uiroꝝ uernaculorumqꝫ militum hoc ciuili bello Roma p̄didit: q̄tum in ea superiore tempore: cum se iam aduersum Alexādrum magnum circūspiceret: indiscretis ætatibus census inuenit. Præterea uiros cōsulares. xxiiii. prætores sex. ædilicios. lx. senatores fere. cc. absqꝫ innumeris totius Italiæ populis: qui passim sine cōsideratione deleti sunt. Quo modo neget quisqꝫ: si ualet: quin eodē dāno suo uicerit Roma: quo amisit Italia: Prohpudor. Nūqd nā & hic cōparatione ambigua egent tēpora? Immo uel maxime inquit. Nā qd tā apte: q̄ bellis ciuilibus bella ciuilia cōparātur? An forte dicet: etiā in his tp̄ibꝫ bella ciuilia nō fuisse: q̄bus a nobis r̄ndebit. Iustius quidē socialia uocari oportere. sed nobis p̄ficere si ciuilia nominent. Tunc enim causis uocabulisqꝫ ac studiis paria docent oīa: dum sibi in his tāto plus uindicat reuerentia christianæ religionis q̄to minus præsumpserit ira uictoris. Nam cū plerūqꝫ improbi tyrāni temere inuadentes rempublicā: usurpatoqꝫ regio statu: Romani imperii corpus abrupint: atqꝫ ex eo bella uel per se iniusta importarint: uel in se iusta cōmouerint: Britānis Gallisqꝫ populis erecti & instructi hæc bella q̄tū externis p̄xima: tantū longinqua ciuibꝫ: qd nisi socialia iure uocitent cum ipsi Romani Sertori quidē: aut Perpēnæ: aut Crassi: aut Spartaci bella ciuilia uspiā nominarint. In tali ergo uel defectu: uel duellione socioꝝ minore nūc ntiqꝫ inuidia laboraret: si fortassis existeret uel grauis pugna: uel cruēta uictoria. Verū tñ cum in hisce tp̄ibus oīa plus necessitatis afferāt: & minus pudoris: hoc est causa: pugna: uictoria: uel extinguenda insolentia tyrānoꝝ: uel pro cohibendo socioꝝ defectu: uel pro inurēdo ultionis exēplo: cui tandē dubiū est. quāto nūc mitius: quātoqꝫ clemētius excitata: ut dicūt bella ciuilia gerunt imo reprimunt. Quis enim unū ciuile bellū per decē annos his tp̄ibus agitātū audierit? Quis uno bello. c. l. M. hominū uel hostiū ab hostibus: ut nō dicā ciuiū a ciuibꝫ cæsa meminerit? Quis illam quā explicare longū est: optimorꝫ atqꝫ illustriū uiroꝝ multitudinē trucidari in pace cognouerit? Postremo qui illas infames interficiendorꝫ tabulas tenuerit: legerit: senserit: ac nō potius omnibus notum sit: una cunctos pace compositos atqꝫ eadē salute securos uictos uictoresqꝫ pariter cōmuni exultasse læticia: ac etiā in tantis totius imperii Romani puinciis urbibus ac populis uix paucos aliquādo extitisse quod iusta ultio iuuito etiā uictore damnarit? Et ut uerbis uerba nō onerem: nō temere dixerim tantā uel in bello saltē extinctam modo fuisse gregarioꝝ militum manum: quāta tunc cæsa est in pace nobilium. Igitur Sylla mortuo Lepidus Marianæ partis assertor aduersus Catulū Sylla

Sylla
mortuus

PAULI OROSII

atq; occisus est. Brutus in cisalpinā Galliā fugiens: p̄sequēte Pompeio apud Re-
giū interfectus est. Ita hoc bellum civile nō magis clamētia Catuli: q̄ tedio Syl-
lanæ crudelitatis: ut ignis in stipula eadē celeritate qua exarsit: cuanuit. Anno
ab urbe cōditā. dc. lxxiii. sonātibus undiq; belloꝝ fragoribus: quoꝝ unū in Hi-
spania erat: aliud in Pamphilia: in Macedonia tertiu: quartū in Dalmatia exan-
guis: adhuc atq; exhausta intestina p̄nicie: tāq; febribus Romana respublica: pro
Sertori⁹ pulsare armis occidētis septētrionisq; fortissimas gētes cogebat. Sertorius siqdē
uir dolo atq; audacia potēs: cū partiū marianarū fuisset Syllā fugiēs ex Africa
dilapsus in Hispaniā bellacissimas ferocissimasq; gētes in arma ex armis excita-
uit. Aduersus hūc ut breuiter definiā duo duces missi Metellus & Domiti⁹ quo-
rū Domitius ab Hirtuleio Sertorii duce cū exercitu oppressus est. Manili⁹ p̄cō-
sul e Gallia in Hispaniā cū trib⁹ legionib⁹ & .M. d. eqtib⁹ trāsgressus iniquā cū
Hirtuleio pugnā cōseruit: a quo castris copiisq; nudatus in oppidū Hilerdā pe-
ne solus refugit. Metellus multis p̄clis fatigatus p̄ deuia oberrans hostē mora
Pōpeius fatigabat: donec Pōpeii castris cōsociasset. Pōpeius cōtracto apud Polentiā exer-
fugatus. citu Lauronē ciuitatē: quā tūc Sertori⁹ oppugnabat frustra conatus defendere:
uictus aufugit. Sertorius sup̄ato fugatoq; Pōpeio Lauronē captā cruētissime de-
populatus est: reliquū agmē Lauronēsiū: quod cædibus sup̄fuerat: miserabiliter
in Lusitaniā captiuitatē traduxit. Pompeiū aut hoc est illū Romanorū ducē a se
uictū fuisse gloriatus est: quē magna p̄ditū fiducia ad hoc bellū nō pro cōsu-
le: sed pro cōsulib⁹ Roma misisset. Fuisse tūc Pōpeio. xxx. milia peditū & mille
eqtes Galba scribit. Sertoriū aut. lx. milia peditū. octo milia eqtū habuisse cōme-
morat. Postea uero Hirtuleius cū Metello cōgressus apud Attalicā Bethycæ ur-
bem. xx. M. militū p̄didit: uictusq; in Lusitaniā cū paucis refugit. Pōpei⁹ Belgi-
dā nobilē Celtiberiæ urbē cepit. Sertori⁹ cū Pōpeio deinde cōgressus. x. M. mi-
litū eius iterfecit. Ex alio cornu uincēte Pōpeio tantū dē pene ipse p̄didit. Multa
inter eos p̄terea p̄clia gesta sunt. Mēmius quæstor Pompeii idēq; uir sororis
eius occisus est. Hirtuleii frēs interfecti. Perpēna: qui se Sertorio iunxerat cōmi-
Sertori⁹ nutus est. Postremo ipse Sertorius. x. demū anno belli inchoati iisdē: q̄bus & Vi-
iterfect⁹ riatus suorū dolis iterfectus finem bello fecit. Romanisq; uictoriā sine gloria de-
dit: quā quis Perpēnā postea pars exercitus eius secuta sit: qui a Pompeio uictus cū
uniuerso exercitu suo interfectus est. Ciuitatibus uero cūctis ultro ac sine mora
per deditiōnē receptis duæ t̄m restiterūt: hoc est Vximia & Caligurū quarū Vxi-
miā Pompeius euertit. Caligurū Afrānius iugi obsidione cōfectam. atq; ad infā-
mes escas miserāda inopia coactam ultimo cæde incendioq; deleuit. Percussores
Sertorii p̄miū ne petēdū qdē a Romanis esse duxerūt: q̄ppe qui meminissent
antea Viriati p̄cussoribus denegatū. Et quā nullo tūc p̄miō patrauerint Ro-
manā securitatē: t̄m fide fortis ac uiribus semp̄ Hispania: cū optimos inuictissi-
mosq; reges reipublicæ dederit: nullū unq; tyrānoꝝ ab initio usq; i hodiernū diē
uel de se editū misit: uel in se extrinsecus incurrentē uiuū: potentē ue dimisit.

De bello Macedonico.

Bellum Macedo-
nicum. i. Nterea Macedonicū bellū Claudius sortitus uarias gētes quæ Rho-
dopeiis montibus circūfuse sunt: ac tūc Macedonia crudelissime po-
pulabantur: nam inter cætera dictū audiētūq; horrida: quæ in captiuos agebāt:

LIBER QUINTVS

raptis: cū poculo opus esset: Romanorū capitū ossib⁹: cruētis: capillatīsq; adhuc:
ac per interiores cauernas male effosso cerebro oblitis: auide ac sine horrore: tāq;
ueris poculis utebant⁹: quorū cruentissima atq; imanissima corda sciuerant. Has
itaq; ut dixi: Claudius Macedoniae pellere finibus bello attentauit: magnisq; se
malorū molibus obiecit: unde cum hæc animo gereret curis circumseptus morbo
insup correptus interiit. Huius successor Scribonius attemptatae supiore bello
gentium uim declinans: in Dardaniam arma cōuertit: eamq; supauit.

De suscepto bello orientis.

P Vblius uero Seruilius ex cōsule Ciliciā & Pāphiliā crudelissime ador
tus dum subdere studet: pene deleuit Lyciā & urbes eius obsessas: op/
pressasq; cæpit. Præterea Olympū montē puagatus Phasidē euertit. Corycū di/
ruit. Tauri quoq; mōtis latera in Ciliciā uergētia pscrutatos Isauros bello con/
fractos in deditiōē redegit. Primusq; Romanorū per Taurum duxit exercitū: Bellū Il/
ac limitē itineris fecit. Triennio emenso: quo bellum gestum est: Isaurici nomen lyricum.
assumpsit. Cosconi⁹ p cōsul sortitus Illyricum: p trita subactaq; Dalmatia: Salo/
nas urbem florentissimā post biēnium tandem expugnauit & cæpit.

Gladiatores Capuæ a ludo Gnei Lentuli diffugisse.

A Nno ab urbe cōdita. dc. lxxix. Lucullo & Cassio cōsulib⁹ gladiatores
.lxiiii. Capuæ a ludo Gnei Lentuli diffugerunt: qui cōtinuo ducibus
Crisso & Inomao Gallis: & Sparthaco Thrace Vesuuiū montē occuparūt: unde
erūpentes Clodii prætoris: qui eos obsidione cinxerat: castra expugnarūt. Ipsoq;
in fugā acto cuncta in prædā uerterūt. Inde per Conscētiā & Metapontū circū
ducti ingētia breui agmina collegerunt. Nā Crisso. x. M. multitudo. Sparthaco
aut triplex tunc numerus fuisse fert⁹. Inomaus enim iā supiore bello fuerat occi
sus. Itaq; cū cadibus incēdiis rapinis struprisq; oīa miscerēt: in exequiis Matro
næ captiuæ: quæ se dolore uiolati pudoris necauerat: mun⁹ gladiatorū ex. cccc. Bellū gla
captiuis scilicet: qui spectādi fuerāt: spectaturi: utpote Lanistæ gladiatorū potius diatorū
q; militū principes ediderūt. Deinde cōsules Gelius & Lentulus aduersus eos cū seu fugi/
exercitu missi: quorū Gelius Crissum acerrime pugnante pœlio oppressit Lentu
lus a Sparthaco superatus aufugit. Post etiā collatis frustra ambo cōsules copiis
accepta graui clade fugerūt. Dehinc Gaium Cassium p cōsulem idē Sparthacus
oppressum bello interfecit. Itaq; exterrita ciuitate nō minore p p modum metu:
q; sub Hānibale circa portas fremēte trepidauerat: senatus Crassum cū legioni/
bus cōsulum nouoq; supplemento militū misit. Is mox: ut fugitiuorū pugnā iniit.
sex. M. eorū interfecit. dcccc. uero cæpit. Inde prius q; ipsum Sparthacū ad ca/
put Silari fluminis castra metante bello aggredetur. Gallos auxiliares eius:
Germanosq; supauit: e qbus. xxx. milia hominū cū ipsis ducib⁹ occidit. Nouissi
me uero ipsum Sparthacū disposita acie cōgressum: & maximas cum eo fugiti/
uorū copias pculit. Nā. lx. M. eorū cæsa. sex milia capta referunt⁹. iii. M. ciuium
Romanorū recepta sunt. Cæteri qui ex hoc bello lapsi oberrabāt per cōplures du
ces frequēti indagine attriti sunt. At ego iteꝝ ac sæpius repeto. Nūqd nā & hic
cōparatione aliq; egēt tēpora? Quis rogo audire nō horreat. nō dicā bella talia.
sed uel noīa tanta bellorū externa: ciuilia: socialia: ciuilia: fugitiuorū: quæ nec sic
saltē sese ut cōmoti maris fluctus: quibus molibus magnis sequunt⁹: sed undiq; di/
i

uersis causis: uocabulis: formis: malisq; excitata: coaceruataq; cōcurrūt: Vt epxi
 mo repetā: & infame illud seruire prætereā. Jugurthinū bellū nondum adhuc ab
 Africo detonuerat: & iā Cimbricū a Circio fulminabat. De Cimbricis illis nu-
 bibus adhuc fœdi uastiq; torrētes effusi sanguinis agebant: & iā socialis belli ne-
 bulas in magna cōtinuo malorū nubila coituras misera exhalabat Italia. Adhuc
 uero post infinitā crebrāq; Italici belli tēpestatē discurre tuto per Italiā minime
 poterat. Ita oēs absq; illis piculosissimis inimicāz urbium uoraginibus dissoluta
 ac lubrica pace titubabāt. Iam sibi Marianū atq; Syllanum Roma parturiebat
 excidiū: & aliud e diuerso oriēs atq; aquilo hoc est Mithridaticū minabat: quod
 qdē Mithridaticū a superioribus cœptū: porro in ulteriora porrigit. De Mariana
 face rogos Syllanæ cladis accēsus est. De isto rogo funestissimo Syllani & ciui-
 lis belli per plurimas terrarū partes ardentes sudes sparsi sunt multaq; incēdia ex
 uno fomite diffuderūt. Nā Lepidus & Scipio in Italia. Brutus in Gallia. Domi-
 tius Cinnæ gener in Africa. Carbo in Cossura & Sicilia. Perpēna in Liguria.
 & post cū Sertorio in Hispania: omniūq; atrocissimus Sertorius in eadē Hispa-
 nia hæc tunc ciuilia. uel quo alio dicēda sunt noīe bella excitātes: de uno multa:
 de minimo magna fecerunt absq; illis tribus uastissimis bellis: quæ tunc externa
 uocabant: hoc est Pamphilico. Macedonico atq; Dalmatico: dissimulato etiam
 magno illo Mithridatico longe omniū diuturnissimo: infestissimo: ac formido-
 lossimo: deinde adhuc Hispaniensi Sertoriano nondū finito: imo adhuc ipso ui-
 uente Sertorio hoc fugitiuorū: & ut uerius dicā gladiatorū bellū inhorruit: iā nō
 spectandū paucis: sed ubiq; metuendū. Quod q̄ fugitiuorū bellū dicit: nemini
 uile habeat ex noīe. Sæpe in eo singuli & aliquādo simul cum agminibus fru-
 stra iunctis ambo cōsules uicti sunt: plurimiq; nobiles trueidati: ipsi aut fugitiui
 plusq; .c. M. fuere: qui cæsi sunt. Ex quo admonemus: ut ipsa cōsoleat se Italia de
 uexatione externorū præsentium per recordationē præteritorū. Exeatq; in seipsam:
 nec putet se incōparabiliter crudelius dilacerari. Quamobrem huic quinto uo-
 lumini iam finem fecerim: ut bella ciuilia externis ubiq; permixta uel quæ dicta
 sunt: uel etiam quæ sequuntur: quia sic sibi serie temporum & malis sequacibus
 cohæserunt: libri saltem termino separentur.

Pauli Orosii uiri doctissimi in sextum historiarum librum plogus.



Mnes hoīes cuiuslibet uel sectæ uel patriæ: uel uitæ ita semp
 ad p̄spectum prudentiæ naturali bono eriguntur: ut oblecta-
 mento corporis rationale mentis & si nō actu præferāt: iudi-
 cio tamē præferendū sciāt: Quæ mens ratione duce illustra-
 ta in medio uirtutū: q̄bus genuino fauore quīs uitiis inclinēt
 assurgit: scientiā dei quasi arcē p̄spicit. Deum enim quilibet
 hominū ad tēpus cōtemnere potest: nescire in totū non potest. Vnde quidā dum
 in multis diis credunt: multos indiscreto timore finxerūt. Sed hinc iam uel ma-
 xime cum auctoritate ueritatis operāte: tunc etiā ipsa ratione discutiente discel-
 sum est. Quippe & philosophi eorū: ut de nostris sanctis sileā: dum intento men-
 tis studio quærunt: scrutanturq; omnia: unum deum auctorē omniū reppererūt:

LIBER Q VINTVS

ad quē unum oīa referunt. Vnde etiā nunc pagani quos iā declarata ueritas de cōtumacia magis q̄ de ignorātia cōuincit: cum a nobis discutiunt: non se plures deos sequi: sed sub uno deo magno plures ministros uenerari fatent. Restat igit̄ de intelligētia ueri dei p̄ multas intelligēdi suspitiōes cōfusa dissensio: q̄a de uno deo omniū pene una opinio est. Hucusq; humana scrutatio tametsi cum labore patuit. at ubi ratiocinatio deficit: fides subuenit. Nisi enī crediderimus: nō intelligemus. Ab ipso audias: ipsiq; deo credas: quod uerū uelis scire de deo.

Hic dicit̄: quomodo deus ex nihilo fecit impiū Romanū idest ex pastoribꝰ.

Taq; idē unus & uerus deus: in quē oīs: ut diximus: & si ex diuersis
i opinionibus secta cōcurrit: mutās regna: & disponēs tēpora: peccata
quoq; puniēs: quæ infirma sunt mundi elegit: ut cōfundat fortia: Ro/
manūq; imperiū assumpto pastore pauprimi status fundauit. Hoc p̄ reges & cō/
sules diu p̄uectum postq̄ Asiæ Aphricæ atq; Europæ potitū est: ad unū impera/
torē eundēq; fortissimū cuncta sua ordinatione cōgessit: Sub hoc impatore. quē
oēs fere gētes amore & timore pmixto iuste honorarēt: deus uerus: qui supstitio/
ne sollicita ab ignorātibus colebat̄: magnū illum intelligētia suæ fontē aperuit: De siluis
p̄mptiusq; p̄ hominē docturus hoīes: filiū suū misit operantē uirtutes: quæ præ/
cellerent hominē: coarguentēq; dæmonas: quos aliqui deos putauissent: ut quia
ipsi tāq; homini nō credidissent: opibus tāq; dei crederēt: deinde ut in magno si/
lento ac pace latissima inoffense & celeriter noui noīs gloria: & annunciatae sa/
lutis uelox fama p̄curreret: uel etiā: ut discipuli eius per diuersas gētes euntibus:
ultroq; per cunctos salutis dona offerētibus obeundi ac differēdi quippe cū Ro/
manis ciuibus: inter ciues Romanos esset tuta libertas: Quod ideo cōmemoran/
dum putauī: quia hic sextus libellus usq; ad Cæsarē Augustū: de quo hæc dicun/
tur: extēdit̄. Quod si aliqui hęc lucidissimā rationē irritā putant: suisq; diis po/
tius assignāt: quos primū prudentia elegerint. dein præcipuo cultu inuitarint: ut
si per eos amplissimū hoc pulcherrimūq; imperiū cōcederet̄. Sic enim iactitāt:
quod ipsi optimo genere sacrorū meruerint præcipuū deorū fauorē: quibus adē/
ptis uel prætermisissis discesserint omnes adytis arisq; relictis dii: quibus imperiū
hoc steterat. Vnde quis reuerentia sanctitatis tuæ multa fortissime uerissimeq;
differuerit: tamē & mihi locus exigat: ut pauca subiiciā. Si Romani colēdo deos
emeruerunt fauorē deorū: & nō colendo amiserunt: ut ipse Romulus parēs Ro/
mæ inter tot mala ab ipso ortu suo ingruētia saluus esset: colendo quis meruit?
An Amulius auus qui eum exposuit ad necem? An pater: qui incertus fuit? An
Rhea mater stupri rea? An Albani parētes: ipsa quoq; ab initio Romani nomi/
nis germina p̄sequētes? An tota Italia: quæ per .cccc. annos dum audere potuit:
excidio eius inhiavit? Non inquit. sed dii ipsi: quia se colendos sciebāt: futuros
custodiēre cultores. Ergo præscii sunt. Si ergo præscii sunt: cur hoc imperiū in/
ter tot annoꝝ sæcula eo potissimum tēpore ad summā potētia arcē p̄duxerunt:
quo ille nasci inter homines atq; agnosci ut homo uoluit: post cuius nomē & ipsi
pro nihilo cōtempti sunt: & cū uniuerso mundo etiā illi quos ipsi p̄uexerant cu/
currerunt? Sed humiliter obrepsit inquit & latēter intrauit. Latētis & humilis
unde tam cælebris fama? Tam indubitata fides? Tam manifesta potētia? Signis
quibusdam & uirtutibus mentes hominū supstitione sollicitas cæpit & tenuit?

Ad hæc si potuit homo: dii magis posse debuerunt. An quia ille hæc potentiã a patre sibi traditã prædicabat: puentũ est aliquãdo ad intelligentiã illius noti & ignoti dei: quã apprehendere: ut dixi: nemo nisi p ipsum potest. Nec quisq̃ potest: nisi qui toto se despecto: ac p̃specto cõuersus ad sapientiã dei omnẽ quærẽdi ratiocinationẽ trãstulerit ad credẽdi fidẽ. Verũtamẽ breuiter discussio. Dii isti: quos tãtos ferunt ut Romanã rẽpublicã & ppiciũ p̃uexissẽ: & aduersi afflixissẽ uideant: eo certo tẽpore: quod palã cõstat: quo nasci Christus uoluit: & annunciari gentibus ccepit: deuotissime atq; intẽtissime colebant. Ita illi cõsules & sibi & cultoribus suis: nõ potuerunt repellere: uel reprimere superstitionẽ eius: p̃pter quã sp̃nedos se cultoresq; suos destituẽdos uiderẽt: q̃q̃ si ab inuitis danda uenia: nec desperãdi fuerũt: si a uoluntariis seruãda præscientia: nec prius fuerãt adiuuãdi. Hoc factũ est inquit. Nã excitauimus gẽtes: accẽdimus reges. instituimus leges. disposuimus iudices. præparauimus p̃enas suppliciiis & crucibus: orbẽ totũ scrutati sumus: si quo modo tãdẽ christianũ nomẽ & cultus de uniuerso mundo posset abradi. Hoc eatenus est factũ: donec fœcũda crudelitas eousq; iter tormẽta ac p̃ tormenta p̃ficeret: q̃diu ipsum regiũ culmẽ per quod solũ p̃hiberi poterat: occuparet. Et quid postea cõsecutũ est? Impatores inquit christiani cessare sacra: & claudi tẽpla iusserũt: atq; ideo excessere oẽs adytis arisq; relictis dii: quibus impiũ hoc steterat. O q̃ta & q̃ inoffensa lux ueritatis est: si nõ aduersus eam ultro sese offerentẽ imbecilli infœliciter oculi clauderent. Si christiana fides per multa retro tẽpora sæuiẽtibus undiq; aduersum se gẽtibus: regibus: legibus: cædibus: cruciatibus: ac mortibus reprimi nullo mō potuit. Imo ut dixi: inter hæc & per hæc creuit. cultus aut̃ idolorũ iam quodãmodo ex se deficiens ac sibi erubescens ad unã clemẽtissimã iussionẽ sine ullo p̃enali terrore cessauit: cui dubiũ est hoc per istius intelligentiã demõstrationẽ de creatore suo tandẽ inotuisse creaturæ: quẽ illa eatenus per uarias ratiocinationes mentis intentæ q̃libet aliis offuscata quæsierit: ac p̃ hoc statim amoris eius quẽ etiã ignorãs dilexerat: inhæsisse. Nec igit̃ mirũ est: si in magna familia inueniunt̃ aliqui serui: qui cõsuetudine: lasciuiãq; seductoꝝ assuefacti paciẽtia domini sui ad contemptũ ipsius abutant: unde & merito deus uel ingratos: uel incredulos: uel etiã cõtumaces uariis correctionibus arguit. Quod semp̃ utiq; fatendum est: tunc tamẽ præcipue quãdo adhuc per uniuersum mundũ nulla erat ecclesia: quæ interuentu fideiũ precum meritas mundi p̃enas: iustũq; iudicium dei exorata ipsius clemẽtia temperaret: unde etiã hæc: quæ mala hominibus uidentur qualiacũq; sint grauiora sine dubio omnia fuerũt: sicut ipso ordine: quo cœpta sunt p̃babunt. Bellum Mithridaticum: uel ut uerius dicam: belli Mithridatici clades multas secum inuoluens puincias tracta & protenta per .xl. annos fuit. Nam. dc. lxi. ut dixi anno ab urbe condita: quo etiam primũ ciuile bellum cœperat inardescere: consulatu uero Ciceronis & Antonii: ut uerbis poetæ optimi loquar: Barbarico uix cõsummata ueneno est. Sed in his tẽporibus. xxx. gerendi belli inueniuntur anni. Qualiter autem. xl. a plærifq; dicti sint: non facile discernitur.

De Mithridate rege Ponti atq; Armeniæ.

Gitur Mithridates rex Ponti atq; Armeniæ postq̃ Nicomedẽ Bithyniæ regẽ amicũ populi Romani regno priuare molitus est: atq; a se

LIBER Q VINTVS

natu monitus: si facere tētare bellū sibi a populo Romano inferēdū fore: iratus Mithri/
 Cappadociā cōtinuo puasit atq; expulso ab ea Ariobarzane rege cunctā puinciā daticum
 igni ferroq; uastauit. Bithyniam deinde pari clade corripuit: Paphlagoniā simili bellum.
 exitu afflixit: pulsus ex ea Philomene & Nicomede regib⁹. Post cū uenisset Ephe
 sum: crudeli præcepit edicto ut per totā Asiā quicunq; inuenti essent ciues Ro/
 mani sub una die oēs necarentur: & factum est. Nec explicari aut comprehend
 ullo modo uerbis potest: quæ tunc multitudo Romanorū ciuiū cæsa sit: q̄s mee/
 ror plurimarū prouinciā: quis gemitus occidendorū pariter atq; occidentiū su/
 erit: cum singuli quicq; aut p̄dere innocentes hospites: & amicos: aut ipsi pericli/
 tari p̄na hospitem cogent. Archelaus quoq; dux Mithridatis cum. cxx. M.
 peditum atq; equitum in Achaiā præmissus: Athenas cunctāq; Græciā partim
 ui: partim deditioe obtinuit. Sylla cui post cōsulatum Mithridaticū bellū ob/
 uenerat. Archelaum apud Pyreum Atheniensium portum septēplici muro cōmu
 nitum diu obsedit. Ipsam Atheniensium urbē ui cepit: ac postea iusto prælio cum
 Archelao cōfligit. Centum & .x. milia de exercitu Archelai interfecta. uix .x. mi
 lia supfuisse referunt. Cōperta clade Mithridates lectissima. lxx. M. militū Ar/
 chelao in subsidium misit ex Asia. Secundo prælio ex his. l. M. interfecta sunt.
 Ibiq; Diogenes Archelai filius trucidatus est. Tertio bello oēs copix quas Ar/
 chelaus habebat extinctæ sunt. Nā. xx. M. militū eius in paludē pulsa cū Syllæ
 fidē implorarēt: insatiabili uictoris ira interfecta sunt: totidēq; alia in flumē co/
 acta ac necata. reliqui miserorū passim trucidati sunt. Porro aut Mithridates in
 Asia nobilissimarū urbium principes occidere: bonaq; eorū publicare animo in/
 tenderat. Cūq; iam. M. dc. ita interfecisset Ephesii exēplum uerētes excluso præ
 sidio ei portas obiecerūt. Similiter Smyrnæi. Sardi. Colophonii. Trallianiq; fe
 cerunt. Perturbatus Mithridates per Archelaum ducē suum cum Sylla de pace
 pepigit. Interea Fimbria Marianorū scelerum Satelles homo omniū audacissi
 mus Flaccū cōsulem: cui legatus ierat apud Nicomediā occidit: ac mox arrepto
 exercitu Mithridatis filiū ex Asia ad Miletopolim fugās stationē regis inuadit.
 Ipsumq; Pergamo pellit. fugientēq; insecutus apud Pitanam obsedit: & profecto
 cœpisset: si Lucius Lucullus ciuilib⁹ discordiis curā reipublicæ prætulisset. Cūq;
 eum mari coartare obiecta classē uoluisset: ab Iliensibus repulsus est. Inde Fim
 bria Iliensibus iratus a quibus pro Syllanæ partis studio obiectu portarū repul
 sus uidebatur: ipsam urbem Ilium antiquā illam Romæ parentē funditus cæde
 incendioq; deleuit. Sed eā Sylla cōtinuo reformauit. Idem Fimbria apud Thia
 tyram cū exercitu Syllæ obsideretur: desperatione adactus: in tēplo Aesculapii
 manu sua interfectus est. Fānius & Magnus de exercitu Fimbriæ profugi Mi
 thridati sese adiunxerunt: quorū hortatu Mithridates cum Sertorio per legatos
 in Hispaniā missos: fœdus pepigit. Sertorius uero ad eum Marcū Mariū fir
 mandī fœderis causa misit. Quē rex apud se retentum breui ducē fecit in locū
 Archelai: qui se ad Syllam cum uxore liberisq; cōtulerat: Marius & Eumachus
 duces a Mithridate aduersus Lucullum missi: magno exercitu breui cōgregato:
 cum Publio Rutilio apud Calcedoniā congressi sunt: eūq; cum plurima exerci
 tus ipsius parte ceciderunt. Lucullus Mithridatē Cyzicenos obsidentē fossa cin
 xit: eumq; quod faciebat pati compulit: atq; ad ipsos Cyzicenos: ut bono animo

essent nunciū misit unum ex militibus nandi peritum: qui duobus utribus sus-
 pensus medius ipse regulam tenens: plantisq; subremigans septem milia passuū
 transmeauit. Mithridates inopia laborās partē copiarum instructam armis do-
 mum abire præcepit: quā Lucullus excipiens uniuersam disperdit. Nā amplius
 Mithri- quindecim milia hominum tunc interfecisse narratur. Tunc etiā Fannius qui se
 dates ob Mithridati iunxerat & Metophanes regius prætor a Mamercho uicti cū duo-
 sessus. bus. M. equitū in Mesiam profugerunt. Atq; inde in Niconiā digressi in colles
 camposq; & inheremos inciderūt: ubi nō solum montes usti: uel saxa quasi qua-
 dam fulgine offuscata cernuntur. Verū etiā campi ambusto solo squalidi per qu-
 quaginta passuū sine ullo ignis uel fornacis indicio & pendulo in p̄fundum ci-
 nere putres iacēt. Tribus etiā locis torridæ uoragines ostenduntur: quas Græci
 phisas uocant. In qbus dum oberrantes inopinatis tandē periculis redēpti sunt:
 & clam in regis castra uenerūt. Deiotarus rex Gallogræciæ præfectos regis bel-
 lo trucidauit. Interea Mithridates apud Cizicū eadem mora: qua obsidebat: ob-
 sessus in magnā penuriam pestilentiaq; exercitum suum coartauit. Nam plus q̄
 Luculli tercenta milia hominū fame & morbo in eadē obsidione amisisse fertur: ipse cū
 successus paucis arrepta nauī clam fugit e castris. Lucullus incruento milite spectator cla-
 dis alienæ nouum genus uictoriæ adeptus est: moxq; Mariū adortus uicit atq;
 fugauit. In quo prælio plus q̄ undecim milia Marianorū militum interfecta re-
 feruntur. Lucullus postea cū eodē Mario nauali prælio cōgressus. xxx. & quin-
 q; naues regias: & complures onerarias aut demersit aut cæpit. Multi ibi ex his
 quos Sylla proscripserat: interempti sunt. Marius postera die de spelunca ubi la-
 tebat extractus: imeritas hostilis animi pœnas luit. Eodē uero Lucullus impetu
 Mithri- Apameā uastauit: & sub monte Olympo prius Athan munitissimā ciuitatē ca-
 datis nau- ptam expugnatāq; diripuit. Mithridates aduersus Byzantiū instructa classe na-
 fragium uigans tēpestare correptus. lxxx. rostratas naues pdidit. Ipse cum quassata iam
 nauī mergeretur in Myoparonē Seleuci piratæ: ipso pirata iuuante transfiliuit.
 Inde Sinopen: ac postea mison cum magna difficultate peruenit.

Catilina ubi de incesto accusatus.

e Odem anno apud Romā Catilina incesti accusatus: q; cum Fabia uir-
 gine uestali stuprum cōmisisse arguebatur: Catuli gratia fultus euasit.
 Lucullus Sinopen expugnaturus obsederat. Hāc Seleucus Archipirata & Leo-
 cares Spado: qui præsidii causa præerat: expoliatam atq; incensam reliquerunt.
 Lucullus miserorū hostium intestina clade permotus celeri occursum immissum re-
 stinxit incendium. Ita misera ciuitas uersa uice hostium sociorūq;: unde defendē-
 da disp̄dita: & unde disperdenda seruata est. At uero Marcus Lucullus qui Cur-
 rioni in Macedonia successerat: totam Bessarū gentem bello appetitam in dedi-
 tionem recæpit. Eodē tēpore Metellus prætor Siciliæ: cum foedissima illa Gaii
 Luculli Verris prætura Siciliā afflictam inuenisset: maxime Pergamenone Archipirata
 uictoria nefariis prædis & cædibus dilacerante: qui pulsa classe Romana: Syracusanum
 portum obtinuerat: mox cum nauali terrestriq; prælio cōminutum Sicilia dece-
 dere compulit. Præterea Lucullus trāsgressus Euphratē & Tigrim apud Tigrā-
 nocertam urbē cum Mithridate & Tigrane cōgressus: paruissima suorum manu
 magnū hostium numerum occidit. Nam. xxx. milia hominum in eo bello cæsa

LIBER SEXTVS

referuntur. Tigranes uix. cl. equitibus comitatus aufugit: diademate & tiara ne agnosceretur abiectis. Tunc ad Lucillum totius pene orientis supplices uenere legati. Imminente hieme per Armeniam in Mesopotamiã regressus: Nisibin urbem illis in locis tunc inclytam expugnauit & cepit.

Per omnia maria piratæ se diffuderunt.

Isdem diebus piratæ per oia sparsi maria & iã non tantũ interceptantes nauium cõmeatus: sed etiam insulas prouinciasq; uastantes impunitate sceleris: & auiditate prædæ uulgo sese associantes in imensum augebant. Quos Gneus Pompeius post multã quidem uastationem: quã terra mariq; diuegerant: mira tandem celeritate compressit. Eodem tẽpore Cretam insulam per biennium Metellus euertit: diuturnoq; bello domitam i potestatem redegit: legesq; minois Romanis legibus pmutauit. Pompeius postea successor Lucillus in minori Armenia iuxta montẽ distracum castra regis obsidione cõclusit. Rex cum omnibus copiis eruptione per noctem facta insup etiã psequentes bello repellere statuit. Pompeius fugiẽtes psequi intendit. Itaq; bellũ nocte cõmissum est. Luna tũc orta a tergo Romanis erat. Regii longitudine umbræ pximitatẽ hostium rati cuncta in irritũ tela fuderũt. Romani ueluti inermes postea aggressi sine labore uicerũt. Nãq; de exercitu Regio. xl. M. cæsa uel capta sunt: Romani uulnerati. M. uix aut. xl. interfecti. Rex iter tumultus belli fuga lapsus adiutus etiã beneficio sub lustris noctis euasit: relictusq; ab oibus amicis philosophis: scriptoribus regis uel carminũ ac medicis solus per deuia æquũ manu trahẽs: atq; ad oēs nocturnos strepitus trepidãs: in quoddã castellum diuertit: atq; inde in Armeniã perrexit. Pompeius regẽ insecuturus inter duo flumina: quæ ab uno mõte diuersis speciebus exoriunt: hoc est Euphratẽ & Araxẽ urbẽ Nicopolim senib9 lixis & agris uolẽtibus cõdidit. Orãti Tigrani ueniã dedit. Exercitũ Harodis Albanorũ regis præfectosq; eius ter prælio uicit: postea epistolas Harodis & munera cũ Albanis instaurãda libẽter accepit. Artacẽ regẽ Hiberiæ bello fudit: totamq; Hiberiã in deditiõnẽ accepit. Inde cũ Armeniã. Colchos. Cappadociã & Syriã ordinatis rebus cõposuisset: promouẽs de Ponto in Parthiã ad Heccatanã urbẽ caput Parthici regni. l. die uenit. In Bosphoro Mithridate carealia sacra cælebrãte: terræmotus adeo grauis repẽte exortus est: ut magna clades ex eo urbiũ atq; agroꝝ secuta narret. Eodẽ tẽpore castor Mithridatis præfectus: qui panagorio præerat: interfectis amicis regis: arcẽ occupauit: & quattuor Mithridatis filios ad præsidia Romana trãsmisit. Mithridates accẽsus ira in scelera exarsit. Nã cõplures tũc amicos suos: & Exipodrum filiũ suũ interfecit: cũ antea iã aliũ hominẽ charẽ parricidio trucidasset. Pharnaces alter filius eius exẽplo fratrum territus exercitũ ad psequẽdum se missum sibi cõciliauit: & mox aduersus patrẽ duxit.

De exitu Mithridatis.

Mithridates diu ex altissimo muro filiũ precatus: ubi inexorabilẽ uidit: moriturus exclamasse fert. Quoniã Pharnaces inqt: me mori iubet: uos si estis dii patrii: precor ut qnq; & ipse hãc uocẽ a liberis suis audiat. Satiq; descẽdẽs ad uxores Pellices: ac filias suas uenenũ oib9 dedit. Q d cũ ipse nouissimus haussisset: nec tñ pp remedia: qbus uitalia sua aduersus noxios succos sæpe obstruxerat: ueneno cõfici posset: frustra q; spatiaret: si quo tãdem modo infusa

Tigranis
fugam.

Piratæ

Mithri/
datis fu/
ga

Pompeii
succesus

Mithri/
datis fu/
riæ.

Mithri/
datis
mors.

pestis per uenas uegetatione corporis acti discurreret: Gallum quēdā militē iam fracto muro discurrentē inuitauit: eiq; iugulū præbuit. Hūc exitū Mithridates habuit uitæ: nobisq; sententiæ suæ fortissimū argumētū reliquit: homo omniū: ut fert: supstitiosissimus: annos natus: lxxv. habēs secū semp philosophos: omniūq; artiū peritissimos. Si estis inquit dii patrii. Ita ille diu colendo ac diu quærendo p̄senserat: hos nō esse certos deos: qui esse putabant. Rex multæ experiētia atq; æuo grauis uerū deū: ad cuius noticiā nō nisi auditu per fidē uenit: nō intelligebat. hos aut falsos esse rōnis ipsius luce præuiderat: aliud cōsuetudini: aliud mēti suæ tribuēs. Si estis inquit dii: hoc dicere est: ego sentiens sup hoīem esse potentiorē ipso hoīe potestātē precādi necessitate motus cōmendo diligentia & excuso ignorantia meā. Inuoco qui est: dum cōuenio qui nō est. Quapropter cū dolore & timore cōsiderandū: qua pœna: quoue iudicio digni erunt: qui cōtra interdētum iā p̄palatæ & publicæ ueritatis eos sectant & colunt deos: de quibus etiā illi iā tūc dubitare poterāt: qui adhuc præter eosdē scire nihil poterāt. Verūtamen breuiter cōsulo: qualia tunc toto orienti tēpora uidebant: cum per .xl. annos miseræ nationes alternis tantorū ducum uastationibus terebant. Cum quæq; ciuitas tantis cōcurribus media inuitabiliter piclitabatur: inde accensura alterum: unde alterum tempasset: hoc mox habitura supplicii quod remedii ad tēpus habuisset: cum trepidæ diuersarū puinciarū legationes inter succedētes Romanorū duces & truculentiorē noticiā Mithridatē alternis ad utrūq; prout quæq; fors belli attollebat: & incertis satisfactionibus transirebant: augendo pericula quæ sanabāt. Nunc quid cōtinuo Pompeius homo Romanorū moderatissimus p̄ plurimas partes orientis finito Mithridatico bello egerit: paucis proferā.

De Pōpeio dicit: q̄ cū audisset mortuū Mithridatē multa fecit bella ī oriēte.

Pompeii
gesta

Nno ab urbe condita .dcc. lxxxix. Marco Tullio Cicerone & Gaio

Antonio cōsulibus: Pompeius occisi Mithridatis nuncio accepto Syriam & Phœnicē bello aggressus Ithyreos primū Arabesq; p̄domuit:

urbēq; eorū: quā petrā nomināt: cepit. Hinc ad Iudæos quibus Aristobolus expulso fratre Hircano primus ex sacerdote rex præerat: atq; ad Hierosolymā urbem eorū Gabinū cum exercitu mittit. Ipse cōtinuo subsequutus: & a p̄rib; urbe susceptus: sed a plæbe muro tēpli repulsi expugnationē eius intendit. Id nō solum natura loci: uerū etiā ingenti muro fossaq; maxima munitū: cum alias aliis legiōes dies noctesq; succedere sine requie cogeret: uix tertio mense expugnauit .xiii. milia ibi Iudæorū cæsa narrantur. cætera multitudo in fidē uenit. Pompeius

muros ciuitatis euerit æquariq; solo impauit: & cum aliquātos Iudæorū securi percussisset. Hircanum sacerdotio restituit. Aristobolum captiuū Romā duxit.

Catilinæ
cōiuratio

Hoc bellum orientis cum uiginti & duobus regibus sese gessisse ipse Pompeius pro concione narrauit. Interea cōiuratio Catilinæ aduersus patriā per eosdē dies in urbe habita ac p̄dita. In Hætruria uero ciuili bello extincta est. Romæ uero conscii cōiurationis occisi sunt: sed hanc historiam agente Cicerone & describēte Salustio satis omnibus notā: nūc a nobis breuiter fuisse perstrictam sat est: motus etiā a pelignis ortus a Marcellis patre & filio per Lucium uectium p̄ditus patefacta Catilinæ cōiuratione: quasi succisa radice compressus est: & de utroq; per Bibulum in pelignis per Ciceronem in Brutiis uindicatum est.

LIBER SEXTVS

Hic dicit de Heluetiorum gente fortissima: & gentibus Gallorum cum quibus pugnavit Cæsar & uicit.

Nno ab urbe cōdita. dc. lxxxiiii. Gaio Cæsare & Lucio Bibulo cōsulibus: lege uatinia Cæsari tres puincia cū legionibus septē in quinquēnium data: Gallia transalpina & Illyricū. Galliā comatā postea senatus adiecit. Hāc historiā Suetonius trāquillus plenissime explicuit: cuius nos cōpetes portiūculas decerpimus. Heluetiorū aīos fortissime Gallorū omniū gentis ea uel maxima cā: q̄ p̄petuo pene cū Germanis bello altercabant: a qb̄ Rheno tantū flumine dirimunt. Ortingentorix qdā princeps gētis spe totas inuadendi Gallias in arma accēderat. Quo cæteri optimates correpto: & ad mortē coacto cohibere tñ semel aīatas in prædā plæbes nequiuerūt. Qui cōiuratione facta ac die dicta exustis uicis ac domibus suis: ne quod desideriu ex spe reuertēdi foret: p̄fecti sunt. Quos cum apud Rhodanū flumē obuios Cæsar habuisset: magno difficilique bello bis uicit: uictosq; ad deditiōē coegit. Horū fuit: cū primū p̄gressa est oīs multitudo Heluetiorū: turringorū & baiorū utriusq; sexus ad. clvii. milia hominū. Ex his. xlvii. milia in bello ceciderunt: cætera in terras pprias remissa sunt. Postea Cæsar cōtra Ariouistum regē excitantē inuehētēq; secū incredibiles Germanorū copias: qb̄ nup̄ uniuersos Galliarū populos subegisse iactabat: apud Sequanos uicit. Cum aut̄ diu exercitus Cæsaris Germanorū multitudine & uirtute p̄territus pugnā detrectasset. Ariouistus ī Germaniā arrepta nauicula Rhenum trāsuectus effugit: uxores uero eius duæ totidēq; filiaē captæ sunt. Fuerunt aut̄ in exercitu Ariouisti Arudes Marcomanes. Triboci. Vangiones. Nemetes. Edures & Sueui. Pugna maxime grauis ex phalāge Germanorū fuit: quā coacto in unū agmine: scutisq; supra capita cōtextis ad irrumpēdā Romanorū aciē tuti undiq; præstruxerint. Sed postq̄ aliq̄ Romanorū militū agilitate audaciaq; insignes supra obductā saliere testudinē: scutisq; sigillatim uelut squāmis reuulsis de sup̄ nudos deprehensorū detectorūq; humeros pfoderūt: territi hostes nouo mortis piculo terribilē dissoluere cōpagē. Exinde in fugā uersi p. l. milia passuū insatiabiliter cæsi sunt: neq; conici numerus potuit Germanorū uel q̄tus fuerit occisorū. Post hæc Belgarū gens quæ tertia pars Galliarū est: aduersus Cæsare exarsit. Quorū distributim copia hæc fuit. Bellouagi: q̄ cæteris numero & uirtute præstare uiderent̄ habuere lectissima. lx. milia armatorū. Sueffones ex duodecim oppidis. l. milia. Neruii: quorū adeo indomita feritas prædicabat̄: ut nūq̄ in id t̄pis mercatores ad se admiserint: uina cæteraq; uenalia deferre: qbus induc̄ta iocunditas torporē uirtutis afferret: habuerūt similiter. l. milia Atrabates: et̄ Abiani. x. milia. Morini. xxv. milia. Menapii. x. milia. Galeti. x. milia. Velocasses & Veromandui æque. x. milia. Atuatici. x. & ix. milia. Condrusi: Eburones: Cercesi: Cenomani: qui uno noīe Germani uocant̄. xl. milia. & ita fuisse referuntur. cc. lxxxv. milia armatorū lectissima. His repēte silua erumpētibus exercitus Cæsaris p̄turbatus atq; in fugā actus plurimis suorū amissis: tandē hortatu ducis restitit: uictoresq; aggressus usq; ad internitionem pene deleuit. Igitur Cæsar magnis in Gallia rebus gestis: cum in Italiam proficisci decreuisset: Galbam cū legione. xii. ad Veragrados Edunosq; misit. Qui cum hiemandi causa in uico Veragradorum: cui nomen erat Octodorus consedisset: mediamq; oppidi partē: quæ

Ortingē
torix.

Cæsar

Arioui/
stus.

Belgæ

torrente diuidebat accolis cōcessisset:quadā die eosdē discessisse:per noctem ac
 pximo insedisse colli uidet. Quippe illi paucitatē uix mediæ legionis despectui
 habētes:ultroneā sibi prædā nullo cessurā negocio arbitrabant: finitimosq; suos
 in hāc cædis ac prædæ societate uocauerunt. Igitur galba tā præsentibus piculis
 circūsepto ac trepido inter uarias cōsultationes certi cōsiliū:incerto repente Galli
 descensu montis effusi ea castra impfecta circūdant:rarosq; per uallum ppugna
 tores saxi telisq; onerāt. Cūq; iam castra irrumperent: Pacuuii primipilaris &
 uolufeni tribuni cōsilio cuncti Romani portas eruperunt: incautosq; subito ag/
 gressi hostes primū pturbauerunt: deinde in fugā uersos miserabili strage fude/
 runt. Nā ampliusq; triginta milia Barbarorū tunc cæsa referunt. Igitur Cæsar cū
 iam pacatas uniuersas Galloꝝ gentes putaret: ad nouum & maximū bellum re/
 tractus est. Nāq; dum Publius Crassus adolescēs cum legione septima oceanote
 nus apud Andegauos hyemat: Veneti cæteriꝝ cōfines repēte in arma cōiurant.
 legatos Romanoꝝ uinciūt: eosq; ita demū se reddituros: si obsides suos recipiāt:
 Romanis indicāt: socios sibi ad id bellū Osissimos: Lexouios: Namnetes: Ambi
 baritos: Morinos: Diablites: & menapios assiscunt: auxilia quoq; a Britānia ac/
 cerfunt. Cæsar p Crassum de rebellionē deditarū gentiū certior factus quis intelli
 geret: q̄ta ineundi belli difficultas esset: tamē rē tāti negotii nō negligēda est ra/
 tus: ne cæteris exēplo eiusmodi audēdi licētia laxaret. Itaq; terrestri prælio pseq
 hostes frustra aggressus: quippe cū hostes p interfusa ex oceano æstuaria: atq; in
 accessos recessus tutis terrarū finibus munirent: naues lōgas ædificari in Lygere
 fluuio iubet: p quē in oceanū deductæ cōstiterunt. Moxq; ur ab hostibus uisæ
 sunt: continuo. ccxx. naues eoꝝ paratæ atq; omni genere armorū instructissimæ
 pgressæ in portu ex aduerso steterunt. Bruto circūspiciēte imparē longe nauiū
 esse cōflictū: q̄a Barbarorū naues solido robore intextæ: saxorū modo adactos ro
 stratarū ictus retundebāt. Hoc primū auxilio fuit: q; falces acutissimas nō p̄tina
 citer cunctis præfixas: funibꝰ aut subnexas parauerat: qbus cū opus esset: appre
 hensos eminus rudētes: subductis hastilibus per funē falcē retrahēdo succiderēt.
 His cæleriter expeditis dirūpi hostiliū antēnarū armamenta præcæpit. Ita antē/
 nis ruentibus cōplures illico naues uelut captas imobiles reddidit. Alii hoc picu
 lo territi: suspēsis uelis qua uentus intēderet fugere conati: cessante mox uēto de
 stituti ludibrio fuere Romanis: Itaq; incensis oibus nauibus: interfectisq; his qui
 pugnauerāt: Galli reliq; sese oēs dediderunt. Sed Cæsar maxime ob iniuriā lega/
 torū: & ut gēti ad oīa cōsilia mobili terribilis exēpli notā inureret cunctis princi
 pibus p tormēta interfectis: reliquos sub corona uēdidit. Iisdem diebus Titurius
 Sabinus aulercos: Eburones Luxouiosq; q; primates suos: q; auctores belli resu/
 scitādi esse nollent: interfecerāt: eruptione facta incredibili cæde deleuit. Publius
 uero Crassus cū in aqtaniā puenisset: bello exceptus est. Nāq; sociato magno eq
 ratu pedestribusq; copiis præualidis Romanos adorti diu grauiter turbauerūt.
 Post uicti: atq; in oppidū sociatī coacti: obsessiq; cū se expugnari uiderēt: armis
 traditis in deditiōnē recepti sunt. Aqtani clade p̄moti undiq; exercitū cōtrahūt.
 de citeriore quoq; Hispania auxilia accersunt: duces bello maxie eos præficiūt: q
 cū Sertorio militauerāt. Hi oēs dū obsidionē Crasso parāt in castris suis Crasso
 obruente deleti sunt. Nā ex aquitanis & cantabris quorū. l. milia tūc in auxiliū

LIBER SEXTVS

uenerāt. xxxviii. milia caesa referunt. Cæsar Germanos: qui Rhenū cū immensis Germanoꝝ stragibus usq; ad internitionē cecidit. Quoꝝ fuisse numeroꝝ ad. cccc. l. milia ferūt. Tūc Cæsar in Germaniā factō ponte trāsgrēdiēs Sycābroꝝ & Vbios obsidione liberat.

Hic dicit qualiter Cæsar Gallias subiecit: & transiuit in Britanniam.

Veuos maximā & ferocissimā gentem: quoꝝ esse. c. pagos & populos multi pdidere. Totāq; Germaniā aduentu suo terret: moxq; in Galliā rescisso ponte cōcedit. Inde ad Morinos uenit: unde in Britāniā pxi- mus & breuissimus transitus est. Nauibus circiter onerariis atq; actuariis. lxxx. præparatis in Britāniā trāsuehit. Vbi acerba primū pugna fatigatus: deinde ad uersa tēpestare correptus: plurimā classis partē & non paruā militū: equitū uero pene oēm dispdit. Regressus in Galliā legiones in hyberna dimisit: ac. dc. naues utriusq; cōmodi fieri impauit. Quibus iteꝝ in Britāniā primo uere transuectis: Britāni- dum ipse in hostē cū exercitu pgit: naues ī ancoris stātes tēpestare correptæ uel cū bellū. collisæ: inter se: uel harenis illisæ ac dissolutæ sunt. Ex qbus. xl. perierunt: cæteræ cū magna difficultate reparatæ sunt. Cæsaris eqtatus primo cōgressu a Britānis uictus: ibiq; Labienus tribunus occisus est. Secundo prælio cū magno suoꝝ di- scrimine uictos Britānos in fugā uertit. Inde ad flumē tamesim pfectus est: quē uno tantū loco uadis trāsmeabilem ferūt. In huius ulteriore ripa Cassouelauno duce imensa hostiū multitudo confederat: ripaq; fluminis ac pene totū sub aqua uadum acutissimis sudibus pstruxerat. Quod ubi a Romanis deprehensum ac uitatum est: Barbaræ legiones nō ferentes siluis sese abdidere: unde crebris eru- ptionibus Romanos grauitè ac sæpe lacerabant. Interea Trinobantū firmissi- ma ciuitas cū Androgorio duce datis. xl. obsidibꝯ Cæsari sese dedit. Quod exē plum secutæ urbes aliæ q̄ plures in fœdus Romanoꝝ uenerunt: iisdemq; demon- strantibus Cæsar oppidū cassouelaunū inter duas paludes situm: obtentu insup siluarum munitū: omnibusq; rebus cōfertissimū tandē graui pugna cæpit.

Capitulū reuerso uidelicet cæsare a britānia iteꝝ galli rebellauerūt & uicti sūt.

Xin Cæsar a Britānis reuersus in Galliā postq; legiones in hyberna mi- sit: repētinis belloꝝ tumultibus undiq; circūuentus & cōflictatus est.

Nāq; Ambiorix cū eburonatis & atuaticis cōspirās animatus tre- Ambio- uiroꝝ cōsilio Cottā & Sabinū legatos apud Eburonas cū tota funditus legione rix insidiis circūuētos interfecit. Ambiorix hac uictoria elatus atuaticos & neruios plurimosq; alios raptim in arma cōtrahit: atq; ad Ciceronē legatum qui similiter tūc legioni ī hybernis præerat: cōtēdit. Multitudo hostiū ex hoc colligi potuit: q; cū in obsidione castroꝝ uallū circūdandū esse a captiuis Romanis docerent: & instrumenta ruralia nō haberēt: gladiis cōcidendo terrā & sagulis exportando uix tribus horis uallum pedū. x. & fossam pedū. xv. per milia passuū. xv. in cir- cuitu perfecerunt. Præterea. c. xx. turres miræ altitudinis extruxerūt: & cum se- ptem dies noctesq; succidui hostium cunei pugnarēt: ac uentus subito plurimus exortus esset. testas fundis feruentes intorsere: flāmataq; tela focis: ac mox con- cepto igne rutilantia intra castra iecerunt. Quo factō per cuncta culmina ra- pti uentus insistens sparsum animauit incēdiū. Sed nec sic quidē Romani cum undiq; obruerentur uulneribus: laboribus: uigiliis: ieiuniis incendiū sue cesserūt.

Tandem Cæsari nunciatū est. Vnā deletā esse legionē: alterā iam pene confectā. Aduentante uero cū duabus legionibus Cæsare deseruere hostes obsidionē: atq; in eū cuncti raptis copiis ruunt. Cæsar paruissimis castris cōsulto cōditis equitibusq; præmissis: ut fugā fingerēt: impauit: ut ad transitū uallis quæ media erat: sibiq; piculosa uidebat: hostes cōtēptu sui inuitaret. Quibus aduētātibus insup obstrui portas præcepit. Quo uiso Galli quasi iā uicissent: ad obducēdū extrinsecus uallo cōuersi sunt. Cæsar totis repēte portis paratū effudit exercitum: uersosq; in fugā Gallos uastissima cæde cōfecit. Nā. lx. milia fuisse tunc referuntur: e qbus pauci per paludes inuias euaserunt. Induciomarus treuiroꝝ princeps magnas armatoꝝ copias habēs: postq̄ de cōsensu Galliaē totius certior redditus est. Labieni castra legionēq; cui is præerat: quod facile factu arbitrabat: delere statuit: ac deinde eburonibus neruiisq; cōiunctus ad opprimendum Cæsare p̄gere. Labienus qbus pōt artibꝯ simulat timorē: atq; ita Induciomarꝯ negligētiorē cū insultātibus copiis pro uallo oberrantē repētina eruptiōe p̄strauit. Hac uictoria Labieni reliq; Galloꝝ conatus repressi sunt: & Cæsar paulo quietior reliqua parte hyemis fuit. Sed intelligēs sibi maiora belli supesse negocia: maxime q̄a plurima pte exercitus amissā: aliisq; grauiter faucis: ne ad sustinēdū qdē sibi idoneus ne dicā ad cōprimēdū Galloꝝ impetū uideret: Gneio Pōpeio cōsule cōscribi legiones: sibiq; in auxiliū mitti petit. Itaq; ante exactā hyemē tres ad eū legiones uenerunt. Igit̄ Cæsar prius q̄ in unū hostiū copiæ coirent: ineunte uere aggredi trepidos & opprimere sparfos in finibus suis parat. Primū itaq; neruiorꝯ fines diripit: prædā uero quæ copiosissima erat: exercitui p̄mittit. Deinde menapios qui sibi p̄p̄ imensas paludes atq; impeditiſſimas siluas munitissimi uidebant: tribus agminibus inuadit: nimiaq; cæde uulgo agitato residuos supplices in deditiōē recepit. Labienus sequēti prælio oēs treuiroꝝ copias iterfecit: arte in bellū puocatas: prius q̄ germanis aduētātibus iungerent: & cōtinuo ipsam ciuitatē capit. Cæsar ulcisci mortē Sabini & cottæ legatoꝝ uolens in ambiorigē & Eburones deletæ legionis auctores: postq̄ in Arduēnā siluā refugisse cōperit: quæ silua totius Galliaē maxima est: atq; a ripis rheni finibusq; treuiroꝝ ad neruios usq; pertingit: & in lōgitudine plus q̄. l. M. passuū patet: p̄metiens rē sui maximi piculi fore: si per obstructas spatiosasq; siluas ignoti diuiderent: hostēq; locis notissimū quærerēt: oēm Galliaē per nūcios inuitat: ut quiq; secundū placitū suū recōditas in Arduēna silua prædas quærat: diripiātq;. Quo facto Gallis utrinq; morientibus maximas Romanoꝝ iniurias sine cuiusq; Romani discrimine uindicauit. Ita hoc tutissimo uincēdi genere securus ī Italiā rediit. Igit̄ Cæsare in Italiā reuerso Gallia rursus in arma cōiurat: multiq; simul populi coeūt. Dux his Vergentorix fuit: cuius cōsilio statim oēs Galli ciuitates suas ultro incēderūt: prima a suis incēsa Biturigo: inde ad Cæsare qui magnis itineribus per Narbonensem puinciā clā ad exercitum recurrerat: impetū faciunt. Cæsar tunc oppidum noīe cenapū obsidione cōcluserat. Quod diu oppugnatum tādē post multas Romanoꝝ clades pluuiō die cum hostilium machinarꝯ augmēta: Neruiiq; elāguerent: applicitis turribus captum atq; deletum est. xl. ibi hoīum. M. fuisse referuntur: e qbus uix. lxxx. p̄ fugā lapsi ad p̄xima Galloꝝ castra uenerunt. Præterea aruerni cæteriꝯ confines sollicitatis etiā ad se heduis multis aduersus Cæsare præliis

Inducio
marus.

Cæsaris
succellus

Arduē/
na silua.

Vergen/
torix.

bellauerūt: Qui cū se pugnādo fatigati in quoddā castellum recepissent: milites
 prædæ inhiātes ad expugnationē oppidi animū intēdunt: frustra Cæsare de loci
 iniquitate causante. Itaq; ibi Cæsar erūpētibus desup hostib⁹ pressus multa exer
 citus sui pte pdita uictus aufugit. Dū hæc ad chaiestā gerunt. Vergentorix: quē
 oēs cōsensu pari regē præoptauerāt: suadet: uti ex tota Gallia oēs: qui arma fer
 re possent: huic bello præsto sint. Hoc enim esse unū bellū: quo aut ppetua liber
 tas: aut æterna seruitus: aut mors oīum cōsequat. Itaq; absq; eo numero quē infi
 nitū ante cōtraxerat: eqtū circiter octo. M. peditū. ccl. M. cōtracta sunt. Dehinc
 duos colles sibi inuicē obuertos Romani Galli q; ceperūt. Vnde multis sæpe eru
 ptionib⁹ & uariis puētibus præliātes tādē Romani præcipua Germanorū equi
 tum: quos sibi iā dudū amicos nūc in auxiliū acciuerāt uirtute uicerūt. Vergen
 torix alia die cōgregatis oībus: qui fuga euaserāt: dixit se auctorē bona fide de
 fendēdæ libertatis atq; rūpēdi fœderis fuisse: & nunc siue Romanis sese ad mor
 tem oēs offerāt: siue solū pro oībus dedāt: paratū aīo fore. Itaq; Galli uoluntatē:
 quā pudore aliq̄diu texerāt: quasi ex cōsilio regis assumerēt: ilico sibi ueniā præ
 cantes: eū solū uelut auctorē magni sceleris dediderunt. Bellouagi oībus finibus
 Galloꝝ gētis ipsorū opinione fortiores hēbant. Hi Correo duce bellū instaurāt:
 sibi q; in hāc suscepti belli societate Ambianos Aulercos Velocasses Athrabatesq;
 cōiungunt: & locū quēdā einctum atq; impeditū undiq; paludibus capiunt: cō
 missioq; prælio magnā remorū manū: quæ auxilio Romanis erat trucidāt. Dein
 de cū opportunū sibi locū insidiis puisum occupassent atq; hoc cōperto Roma
 ni ad insidiarū locū instructi ordinatq; uenissent: cōmisso prælio Gallos fugien
 tes eisdē locoꝝ munitionibus qbus clausi fuerāt: incluserūt: cunctosq; ad interni
 tionē ceciderūt. Ibi Correas uel fugā uel deditiōē detrectās Romanos: ne uiu⁹
 caperet instanter occidēdo: ut occideret: coegit. Igitur cū pacatā esse uniuersam
 Galliā Cæsar: neq; ausurā fore ad aliquos aspirare motus arbitraret legiones in
 hyberna dimisit: ipse tamē Ambiorigis fines qui tot bella excitauerāt: horrenda
 hoīum strage uastauit. At uero Gaius Caninius legatus bellū apud Pictonas in
 uenit: ubi magna hostiū multitudo impeditā itinere legionē circūdedit: atq; ad
 extremum discrimē adduxit. Porro Fabius alter legatus acceptis Caninii litteris
 in Pictonas pficiscit. Ibiq; a captiuis de opportunitate locoꝝ certior factus ino
 pinātes hostes opprimit: magnisq; stragib⁹ factis plurimas prædas agit. Deinde
 cū Caninio signum aduētus sui dedisset: Caninius totis castris subito exiliēs sese
 iniecit hosti. Ita Fabio ex alia pte & Caninio ex altera insistente maximo & diu
 turno bello innumeræ Galloꝝ copiarū trucidatæ sunt. Inde Fabius in carnutes pfe
 ctus est. Sciebat enī Dommacū ducē antiq̄ssimū rebellionis otius incentorē ab
 hoc bello elapsū: si a remoricis gētibus adiūctus esset: maximos iterū tumultus
 in Gallia esse moturū: sed adhuc eos ipsa nouitate trepidātes mira uirtute & cæ
 leritate pdomuit. Interea Draptes unaq; literis cum adesse Caniniū & legiones
 esse in finibus suis uiderēt: undiq; collectis copiis oppidū intrāt quod in editissi
 ma mōtis arce pēdens: duabus ptribus p abrupta latera nō paruo flumine cinge
 batur: medio deinde descensu largissimo fonte securū plurimaq; introrsum copia
 frumētī tutū irritos pcul discursus hostiū despiciebat. Caninius quod solū Ro
 mana puisione potuit: ambos duces cū parte copiarū plurima in cāpū euocatos

Vergēto
ricis de/
ditioCorreas
duxFabio le/
gatus

Caninius

maximo proelio superauit. Nam uno e ducibus interfecto alter cum paucissimis fugit. Nullus in oppidum rediit: sed ad id oppugnandum Cæsare opus fuit. Itaque certior per nuncios factus Cæsar accurrit: circumspectisque omnibus uidet: si expugnare uis moliat: ludo & spectaculo hostium delendum esse exercitum suum: hoc solum esse praesidium si quo quo modo hostes aqua arceant. Sed & hoc quoque nisi Cæsar nemo potuisset: siquidem fons quo ad potum utebantur: medio de uexi montis latere fundebatur: Cæsar ad proximam fontis admoueri uineas turremque extrui iubet: fit magnus illico concursus ex oppido. Quibus sine periculo proeliantibus: Romani quibus pertinaciter obsisterent: crebriusque succederent: complures tandem trucidantur. Igitur extruitur agger: & turris pedum .lx. cuius uertex æquare ad fontis locum posset: ut uel ex æquo tela conici queat uel praecipitata desuper saxorum uolumina non timeri. Oppidani autem ubi exanimari siti non solum pecora sua: uerum et infirmiores hominum ætates uident: cupas pice seuo & sindulis repletas: ac deinde immissio igne in praesentia praecipitant: easque ipsi toto oppido effusi subsequuntur. Ardentibus machinis cum graue proelium suis Cæsar ac periculum uideret imminere: cohortes in circuitu oppidi ire uelociter per occultum impat atque undique subito uastum clamorem attollere. Quo facto consternati oppidani: dum recurrere ad muniedum oppidum uolunt: ab oppugnatione turris uel demolitione aggeris recesserunt. Illi tamen qui ad incidendas fontis uenas sub obtentu aggeris tuti cuniculos perfodiebant: reptos in abstruso aquarum meatus per multa diuidendo tenuari in semetipsis: consumique fecerunt. Oppidani fonte siccato ultima desperatione correpti de ditione sui faciunt. Cæsar autem omnibus qui arma tulerant manus sustulit: & uitam reliquit: quo testatior esset et posteris poena improborum. Multum enim ad coercendam audaciam ualet propositum punitionis exemplum: cum ipsa miseri praesens forma uiuentis: & ad recordationem admonet conscios: & ad sciscitationem cogit ignaros.

Hic dicit quando Galli exhausti & domiti sunt.

Cæsaris in
Italiã re/
ditus.

Exhaustis atque edomitis Gallis Cæsar securus cum legionibus in Italiã rediit: nullos post se Gallorum motus pertimescens: certo se sciens minime alios quos: qui uel moueri audeant: uel si moueantur: timendi sunt reliquos: constitui nunc ante oculos uelim exanguem defœctamque Galliã post illas ardentissimas febres internumque æstus uitalium molliora torrentes: ut sese habebat: quanta macie: quantoque pallore sit: quam demissa ac resoluta iaceat: quam ipsos quoque necessarii officii motus ne eundem incursum malorum reuocet: pertimescat. Irruit enim in eam repente impetu Romanus exercitus: ueluti fortissimo corpori fortior lues: quæ tanto grauius accedit: quanto impatiētius tolerat. Sitebat misera: cum instante gladio proferri spem seruitutis æternæ auulsis insuper obsidibus cogere. Sitebat: ut dixi: notam illam omnibusque suauissimam uelut aquæ gelidæ dulcedinem libertatis: quantoque eam magis subtrahi intelligebat: tanto auidius desiderabat. Hinc illam tam frequens contra uetita praesumptio inuadebat: & pro defendenda libertate: importuna libertas praereptaque insatiabiliter potiundi licentia: quam male conceptam perniciem restringere uidebat: augebat. Hinc Romanus exercitus ante pugnam insidiator argutior: hic in pugna hostis infestior: hic post pugnam uictor imitior: hinc omnia ad domandam impatiētiã crudescētia: hic iam nec remediis credebat. Itaque si interrogare possem hanc: de qua loquimur nationem: quid tunc: cum hac ipsa sustinebat: de illis temporibus iudicaret: responderet: ut arbitror: dicens. Sic me illa tunc febris exanguem reddidit ac frigidam fecit: ut etiam hac: quæ omnes pene

perstrinxit: feruefacere uel cōmouere nequiuert: atq; ita me Romani inclinauerunt: ut nec ad Gothos surgam. Sed ne ipsa quidē Roma clades quas intulit cui tauit. Exercitæ nāq; diu actæq; sunt p totos mundi cardines potētia ducum: uiresq; legionū: quæ in sese cōcurrētes eius dāno uincerēt: cuius piculo uincerent.

Victorem scilicet a Gallia Cæsare reuersum ciuilia bella sequunt: & Crassus consul prouinciam sortitus est in Parthos.

Am uictorem Cæsare de Gallia reuersum ciuilia bella comitata sunt: aliaq; grauissima mala: interfecti apud Parthos Crassi & trucidati exercitus præcesserunt. Anno ab urbe cōdita. dc. lxxxvii. Crassus in consulatu collega Pompeii prouinciā sortitus in Parthos: homo inexplibilis cupiditatis: audita in Hierosolymis tēpli opulentia: quā Pompeius intactā reliquerat: in Palestinā diuertit. Hierosolymā adit: tēplum inuadit: opes diripit. Inde p Mesopotamiā tēdens in Parthiā quacūq; iter habuit sociis ciuitatibus auxilia indicit: precia exegit: moxq; ut Euphratē trāsiret: Illico Abegesen legatū ab Hærode rege Parthorū ad se missum obuiū habuit: a quo uehemēter increpitus est: q; cōtra fœdus Luculli Pompeii auaritia inductus Euphratē trāsierit. Quamobrē sine mora futuræ: ut pro auro Parthico serico ferro oneraret. Itaq; cum ppe caras uentū cēt. Parthi subito ingruētes cū succena & sylacea præfectis: sagittis oppresere Romanos. Cecidere ibi plurimi senatores: aliq; et cōsulares & prætorii uiri. Crassus quoq; filiꝝ Crassi lectissimus iuuenis in acie occisus est. Præterea quattuor cohortes cū Vargūteio legato mediis deprehensæ cāpis interfectæ sunt. Surenas raptō cogitatu Crassum pseq; intēdit: eūq; circūuētū ac frustra colloquiū eiꝝ petentem interfecit: quis uiuū auferre maluisset. Pauci noctis bñficio liberati caras cōfugerunt: cognita clade Romanorū multæ orientis puiciæ a societate & fide populi Romani defecisset: ni cassius collectis ex fuga militibus paucis itumescētē Syriā egregia animi uirtute ac moderatiōe pressisset: Qui & Antiochū copiasq; eius ingētes proelio uicit: & interfecit. Parthos quoq; ab Hærode i Syriā missos: iāq; ingressus Antiochiā bello expulit: ducēq; eorū Osagem interfecit.

Narratur hic de Romano exercitu: qualiter ut oceanus crescit & minuitur.

Gitur Romani status agit sēmp alterna mutatio: & uelut forma oceanī maris: quæ omni die dispar nūc succiduis p septē dies attollit icrementis: nunc cōsequentibus totidē diebꝝ naturali dāno & defectu interiore subducit. Vt enī de pximis ordiar: Cimbris Tigurinibꝝ uincētibꝝ: cū apud Rhodanū flumē Romanus exercitus periit: & artissimas Roma sensit angustias: refusa cōtinuo clade Cimbros magis elata puentibus priorū oblita defectuū est. Hāc deinde recētissimæ psperitatis iactantiā Italicū bellū & dilaceratio Syllana castigat. Rursus post hāc domesticā intestināq; perniciē: qua usq; ad medullas pene euiscerata & exesa est: paribꝝ pmodū spatiis tēporū nō solū reparata: uerū etiā extenta est: cū Lucullus Asiā: Pompeius Hispaniā: Cæsar Galliā pdomuit. Romanūq; impium usq; ad extremos pmodū terræ terminos ppatū est. Hāc nūc amplissimā dilatationē uastissima ruina cōsequit. Apud Parthos enī cōsul Romanus occidit: exercitusq; delet: atrocissimum illud Pompeii & Cæsaris bellū ciuile cōscribit: & inter hæc Roma ipsa repentino correpta incendio cōcremat. Anno siqdem ab urbe cōdita. dcc. incertū unde cōcretus pluri

Crassi
auaritia

Roma
noꝝ
strages.

Urbis in
cendium

ma partē urbis ignis inuasit: neq; unq̄ antea tanto correptā ac uastatā ciuitatē ferunt. Nā. xiiii. uicos cū uico iugario cōsumptos memoriæ pditū est. Hinc iā ciuile bellū cōmittit: quod magnis iā dudū dissensionib⁹ ac molitionib⁹ parabat.

Hic de bello ciuili dicitur inter Cæsare & Pompeiū: & de incendio urbis.

Am rediens Cæsar uictor de Gallia decerni sibi absentī altere cōsulatū poposcit. Cōtradictū est a Marcello cōsule adnitente Pompeio: deinde decretū est a senatu: ut ī urbē Cæsar nō nisi dimisso exercitu ueniret: & ex Marcelli cōsulis auctoritate ad legiōes quæ apud Nuceriā erāt Pompeius cū imperio missus est. Cæsar Rauēnā sese cōtulit. Marcus Antonius & Publius Cassius tribuni plæbis pro Cæsare intercedētes: intercedēte Lentulo cōsule curia foroq; phibiti ad Cæsare pfecti sunt: curione cœlioq; simul comitātibus. Cæsar rubicone flumine transmeato mox ut ariminū uenit. v. cohortes: quas tunc solas habebat: cū qbus: ut ait Liuius: orbē terrarū adortus est: qd factō opus esset edocuit. Deplorās aut̄ iniurias suas cām belli ciuilis pro restituēdis in patriā tribu/nis esse testatus est. Inde p̄ Antoniū septē cohortes: quæ apud Salonē morabant̄ a Lucretio recepit: tresq; legiones: quæ Domitio apud Corphiniū erāt ad partes suas traduxit. Pompeius atq; oīs senatus crescētibus Cæsaris uiribus trepidi: tāq; Italia pulsi: in Græciā transuecti durachiū gerēdi belli sedem delegerunt. Cæsar Romā uenit: negatāq; sibi ex ærario pecuniā fractis foribus inuasit: ptulitq; ex eo auri pōdera. iiii. M. cxxxv. argēti pondera p̄pe. dcccc. M. Inde digressus ariminū ad legiones mox alpes trāsuectus Massiliā uenit: ad quā oppugnādā q̄ receptus nō esset: Treboniū cū tribus legionib⁹ relinquēs ad Hispanias cōtendit: quas Lucius Afranius & Marcus Petreius & Marcus Varro Pompeiani duces cū legionib⁹ obtinebāt. Ibi multis p̄cæliis Petreium Afraniūq; supatos cōposita pactione dimisit. In ulteriore uero Hispania duas legiōes a Marco Varrone suscepit: similiter & duces eius. Post hæc Curio Catonem Sicilia expulit. Valerius Cottā Sardinia. Tuberonē Aphrica Varrus eiecit. Cæsar Massiliā rediens obsidione domitā uita tantū & libertate cōcessa cæteris reb⁹ abrasit. At uero Dolobella ex parte Cæsaris in Illyrico per Octauiū & Libonē uictus: copiisq; exutus ad Antoniū fugit. Basilius & Salustius parantes singulas legiones: qbus præerat similiter & Antonius. Hortēsius quoq; ab infimo mari cum classe cōcurrēs: oēs pariter aduersus Octauiū & Libonē pfecti & uicti sunt. Antoni⁹ cū se Octauiocū. xv. cohortib⁹ dedisset: oēs ad Pompeiū a Libone deducti sunt. Curio ex Sicilia in Aphricā cū exercitu transgressus est. Quē iuba rex cōtinuo exceptū cum oibus copiis trucidauit. Octauius Salonas oppugnare conatus oēs pene copias quas duxit: amisit. Cœlius desciiuit a Cæsare: ac se Miloni exuli iunxit. Cūq; ambo seruoꝝ manu capuā oppugnare molirent̄: occisi sunt. Bibulus apud Corcyrā pudore uictus: quod custodia eius quā pelago & oppido prætedebat hostis illuferat: inedia sese uigiliisq; cōfecit. Appius Claudius Censorinus: qui iussu Pōpeiū Græciā tuebat̄: iā abolitā poetici oraculi fidē uoluit expiri. Quippe ab eo Vates adactus descēdere in Specū respōdisse fert̄ de bello cōsulenti. Nihil ad te hoc Romane bellū ptinet. Euboicæ cœla obtinebis. Cœla aut̄ uocant Euboicū sinū. Ita Appius p̄plexa icertus sorte discessit. Admonet nos aliqd obtrectatorib⁹ nris cōsultor iste consulere. Querebantur utiq; fide christianorū sibi sacra interdicta

Bellum
ciuile

LIBER SEXTVS

carmoniaſq; ſublatas: & ob hoc ideo maxime: q; extis uaticiniſq; ceſſantibus
 futurae clades: quia ſciri nequeunt: nō uitant. Cur ergo longe ante impiū Cæſaris
 natiuitatēq; chriſti: ſicut ipſorū auctores atteſtant: abolita fuerit poetici oraculi
 fides? Abolita aut ideo: quia cōtempta. Poro aut quare cōtēpta: niſi quia uel fal-
 ſa: uel uana: uel dubia? Vnde prudēter poeta præmonuit. Incōſulti abeunt ſedēq;
 odere ſibyllæ: & ne forte id paruipendā: quod cōtēptu abolitū atq; antiquatum
 fuit: hoc eſt aut nomē: aut ſedem: Appollo ille Phythius erat: quē ferunt magno
 illo Phytone ſerpēte interfecto: totius uaticinationis auctore & principe: hæredē
 & ſedis & diuinationis & nominis extitiſſe: ibiq; eū reddere elegiſſe reſpōſa: ubi
 orta cum auctore ipſa diuinationo uidebat. Præterea quæ per alias quoq; terrarū
 partes ſpumātibus buccis: rabidoq; diſcurſu oīs furiatorū ructat infania: ad quē
 plurimi terrarū reges: quaſi ad uiuā uocē cōſulti numinis cucurrerūt: cui ſæpiſ-
 ſime ipſi Romani quoq; opulētiffima dona miſerūt. At ſi Appollo iſte Phythius
 paulatim diſcernēte experiētia cōtemptus relictus atq; abolitus eſt: quid uiuum
 de mortua pecude: quid uerū de amēte muliercula ſperari poteſt? Quid poſtre-
 mo: inflauit cū pinguis ebur Tyrrenus ad aras: expoſitis opimæ pecudis inte-
 ſtinis nō finxit eſuriēs? Nam ſicut ipſi fatentur: uel obſcura uel falſa dicēdo ipſe
 Appollo ſeducit. Quamobrem æquo animo ferāt: ſi imitari interim nolunt: nos
 id ueritatis iudicio etiā phibere: quod potuerūt maiores eorū uel experiēdo cō-
 temnere. Interea apud Durachiū multi orientis reges ad Pompeiū cum auxiliis Durachi
 cōuenerūt. Quo cū Cæſar ueniſſet: Pompeiū obſidione fruſtra cinxit: ipſe terrā nū bellū
 .xv. M. paſſuū foſſa præſtruēs: cū illi maria paterēt: Pompeius caſtellū quoddā
 p̄pinquū mari: quod Marcellinus tuebat: euertit: præſidiaq; Cæſaris: quæ ibidē
 morabant occidit. Cæſar Torquatū legionēq; unā: ut expugnaret: aggreſſus eſt.
 Hoc periculo ſociorū Pompeius cognito: oēs eo copias cōtraxit: in quē ſe illico
 Cæſar omiſſa obſidione cōuertit. Torquatus aut eueſtigio præſumpēs auerſum in
 ſecutus eſt. Ita Cæſaris milites ancipiti piculo territi ipſo Cæſare fruſtra obſiſten-
 te fugerūt. Pompeius uero Cæſaris quoq; teſtimonio uictor p̄ſequentē reuocauit
 exercitū. xxiiii. M. militū Cæſaris: Centuriones. xxxii. equiteſq; Romani cōplu-
 res in eo prælio caſi ſunt. Cæſar inde citato agmine per Epirū in Theſſaliā per-
 rexit. Pompeius uero cū maximis copiis ſecutus: bellūq; cōmiſſum eſt. Itaq; in-
 ſtruit utrinq; acies. Pompeius. lxxxviii. cohortes triplici ordine locauit. Fuerūt
 aut peditū. xl. M. equites in ſiniſtro cornu. dc. in dextro. d. Præterea reges mul-
 ti ſenatores: equiteſq; Romani plurimi: abſq; leuium armaturarū magna copia
 Cæſar ſimiliter. lxxx. cohortes triplici ordine diſpoſuit: cui fuerūt minus q̄. xxx.
 .M. peditū. equites. M. Videre ibi & gemere erat cōtractas Romanorū uires in
 cāpis Pharfaliciſ ad occiſionē mutuā cōſtitiffe: quas ſi cōcordia rexiffet: nulli po Pugna
 puli: nulli reges ferre potuiſſent. Prima cōgreſſione equitatus Pompeii pulſus ſi pharſa-
 niſtra latera nudauit. Deinde cū diu utrinq; dubia ſorte cederentur: atq; ex alia lica
 pte Pompeius inter hortādū diceret: parcite ciuibus nec tamē faceret: ex alia ue-
 ro Cæſar hoc faceret: quod urgeret: dicēs: miles faciē feri: parce ciuibus: tandem
 uniuerſus Pompeii fugit exercitus: caſtraq; direpta ſunt. Caſa ſunt in eo prælio
 Pompeianorū. xv. M. Centuriones. xxxiii. Hic exitus pugnae ad paleopharſalū
 fuit. Pompeius fugiēs in hoſtio penei amnis onerariā nauē nactus ī Aſiā trāſiit.

Pompeii
mors

Idē per Syriā in Aegyptū uenit: ibiq; mox ut littus attigit iussu Ptolemæi adoleſcētis in grām Cæſaris uictoris occiſus eſt. Pompeii uxor filiiq; fugerūt. Cætera Pompeiana classiſ direpta eſt: oībus qui ī ea erāt crudeliſſime trucidatis: ibiq; & Pompeius Bithynicus occiſus eſt. Lentulus uero uir cōſularis apud Peluſium interfeſtus eſt. Cæſar cōpoſitis apud Theſſaliā rebus Alexādrīā uenit: platoq; ad ſe ac uiſo Pompeii capite annuloq; fleuit. Cūq; ſe in regiā recepiffet: eludebat a tutoribus: quominus pecuniā acciperet: tēpla ſua aſtu ſpoliātib; ut & regioſ theſauros uacuos eſſe oſtēderēt: & in inuidiā Cæſaris populum cōcitarēt. Præterea

Achillæ
defectio

Achillas dux Regius: imbutus ſemel Pompeii ſanguine Cæſaris quoq; necē meditabat. Nam iuſſus exercitū dimittere cui præerat. xx. M. armatorū nō modo ſpreuit imperiū: uerū & aciē direxit. In ipſo prælio regia classiſ forte ſubducta iubet incendi. Ea flāma cū partē quoq; urbiſ inuaſiffet. cccc. M. librorū p̄ximis forte ædibus cōdita exuſſit: ſingulare p̄fecto monumētū ſtudiis: curæq; maiorū. qui tot tantaq; illuſtrium ingeniorum opa cōgeſſerāt: unde quilibet hodie: quæ in tēplis extant: quæ & nos uidimus armaria librorū: quibus direptis exinanita ea a noſtris hominibus noſtriſq; tēporibus memorent: quod quidē uerum eſt: tamen honeſtius credit: libros alioſ fuiſſe quæſitos: qui priſtinas ſtudiorū curas æmularentur: q̄ aliā ullam fuiſſe tunc Bibliothecā: quæ extra. cccc. M. librorū fuiſſe ac per hoc euaiſſe credat. Cæſar poſtea inſulā ubi pharus eſt: cæpit. Eo Achilles cū Gabinianis militibus uenit: ingēs pugna cōmiſſa eſt: magna ibi Cæſarianoꝝ militum multitudo cecidit: omnes etiam interfeſtores Pompeii interfeſti ſunt. Cæſar ui inſiſtentium hoſtium preſſus Scapham aſcēdit: qua mox pondere ſubſequentium grauata ac merſa per. cc. paſſus ad nauem una manu eleuata: qua chartas tenebat natando peruenit: mox nauali certamine pulſatus magna facilitate claſſem regiam depreſſit & cæpit.

Potentibus Alexandrinis regem reddidit Cæſar.

a Lexādrinis potentibus regē reddidit: monitū: ut magis amicitia Romanā: q̄ arma experiri ſtuderet: qui tamē ut liber fuit ilico bellū intulit: ſed cōtinuo cum toto exercitu ſuo & ipſe deletus eſt. Nam. xx. M. hominū in eo bello caſa referunt. xii. M. cum. lxx. longis nauibus dedita. v. naues ex uictoribus cecidiſſe referunt. Rex ipſe adoleſcēs Scapha exceptus ut fugeret: multis

Ptolemei
mors

inſiliētibus merſis necatus eſt. Corpus eius ad littus deuolutū indicio loricæ aureæ cognitum fuit. Qua Cæſar Alexādrīā præmiſſa Alexādrinos oēs ad deditiōnē deſperatione cōpulit. regnumq; Aegypti Cleopatræ dedit. Inde Syriā peragatus pharnacē in ponto uicit: poſteaq; Romā uenit: dictator & cōſul creatus: in Aphricā tranſiit: & apud Tapſum cū Iuba & Scipione pugnauit: maximāq; hominū multitudinē ibi interfeſcit. Caſtra utriuſq; direpta ſunt. lx. elephantum capti.

Catonis
mors

Cato ſeſe apud Vticā occidit. Iuba percuffori iugulum precio dato præbuit. Petreius eodē ſe gladio pfodit. Scipio in nauī: qua ad Hispanias fugere cōtendēs uento coactus in Aphricā redierat: ſemetipſum iugulauit: in eadē nauī eſt Titus Torquat; occiſus eſt. Cæſar Pompeii magni nepotes: filiāq; Pompeiā: ſimulq; cū hiſ fauſtum Syllam & Afrannium & Petreium filium iuſſit occidi. Inde quattuor triumphis urbem ingreſſus: diſpoſito: recuperatoq; reipublicæ ſtatu continuo in Hispanias cōtra Pompeios Pompeii filioſ p̄fectus. xvii. q̄ egreſſus ab urbe fu-

LIBER SEXTVS

erat: die Saguntū peruenit: statimq; aduersus Pompeios duos & Labienum atq; Actium uarū multa bella & uaria sorte gessit. Vltimum bellum apud mundam urbē gestum est. Vbi tantis est uiribus dimicatum: tantaq; cædes acta: ut Cæsar quoq; ueteranis etiā suis cedere nō erubescens cum cedi cogiq; aciem suam cerneret: præuenire morte futurū uicti dedecus cogitarit: cum subito uersus in fugam Pompeiorum cessit exercitus. Et quidē eo die hoc bellum actum est: quo Pompeius pater ab urbe bellum gesturus aufugerat. iiii. q; annis hoc ciuile bellum indefinēter toto orbe tonuit. Titus Labienus & Actius Varus in acie cæsi sunt. Gneus Pompeius cū .c. eqtibus aufugit: frater eius Sextus Pompeius cōtra ceta celeriter nō parua Lusitanorū manu cū cæsonio cōgressus est uictus: fugiēsq; interfectus est. Munda ciuitas cum imensa hominum cæde Cæsare oppugnante uix capta est.

Cæsaris
discrimē

Qualiter in curia a senatu intefectus sit Cæsar.

Aesar Romā rediit: ubi dum reipublicæ statum contra exempla maiorum clamēter instaurat: auctoribus Bruto & Cassio: conscio etiam senatu plurimo in curia. xxiiii. uulneribus cōfossus interiit: In qua cōiuratione fuisse amplius q̄ .lx. conscios ferunt. Duo Bruti & Gaius Cassius aliq; socii strictis pugionibus in Capitoliū secesserunt. Diu deliberatum est utrū Capitolium cum auctoribus cædis oporteret incendi. Corpus enim ratum populus dolore instimulatus in foro fragmētis tribunalium ac subseliorū cremauit. Percensuit latitudinē regni sui Roma cladibus suis: atq; in suam conuersa cædē singulas quasq; gentes ibidem: ubi domuit: uindicauit. Asiæ Europæ atq; Aphricæ non dico tribus mundi partibus: sed totis trium partium angulis edidit gladiatores suos: feriatq; inimicis spectaculū miseræ ultionis ingessit. Nec tamē sufficit ipsas quoq; cum auctoribus causas fuisse consumptas: recidiua semina in eodem agro germinauerunt: magna cōtinuo metentibus malorum incremēta cum magno sudore factura. Victor ciuilibus bellis a ciuibus Cæsar occiditur: in cædem unius trahuntur agmina consciorum. Certum enim erat: q; Cæsar indigne peremptus plures posset habere ultores. Plurima nobilitas una simul cathena sceleris copulatur: ne fore tanta malorum materia nō belli magnitudine suppleat: sed uindictæ breuitate tenuetur. Medcā illam fabulæ ferunt dentes quondam se uisse serpentis: e quibus quasi cōpetētes semini seges armati homines terra emer serunt: seseq; mox inuicem pugnādo pstrauerunt. Equidē hoc poetarū cōmenta finxerūt. Nostra aut Roma Cæsare occiso q̄ta de cineribus eius agmina armata parturiit: q̄ta bella in testimoniū miseræ fecunditatis nō legenda pueris: sed spectanda populis excitauit: & tamē horum omnium malorum initium supbia est. Inde surrexerunt bella ciuilia: inde iterum pullularunt. Non ergo iniusta cades est eorū qui eam iniuste insectantur: si ambitionis æmulatio per ipsos & in ipsis & agitur & punitur: donec qui detractauere collegium discāt ferre dominatum: summaq; imperii totius ad unum redacta longe aliud oēs homines uiuendi genus subeant: ut omnes humiliter placere studeant nō insolenter offendere: sed ad tam salubrem humilitatis doctrinā magistro opus est. Itaq; opportune cōpositis rebus Augusti Cæsaris tēporibus natus est dominus christus. Qui cū in forma dei esset: formā serui humiliter assumpsit: ut tunc demū aptior fieret humilitatis institutio: quādo iam per totum mundū pœna superbiæ omnibus esset exēplo.

Cōpara
tio a Me
dea

Christus
saluator
nat⁹ sub
Augusto

Nno ab urbe cōdita. dccx. interfecto Iulio Cæsare Octauius qui testa-
 mento Iulii Cæsaris auūculi & hæreditatē & nomē assumpserat: idēq;
 qui postea rerū potitus Augustus est dictus: simul ut Romā adolescēs admodū
 uenit: indolem suā bellis ciuilibus uouit. Nā ut breuiter coaceruationē malorū
 explicē bella ciuilia qnq; gessit: Mutinense: Philippense: Perusinū: Siculū: Actia-
 cum. Equitibus duo: hoc est primū & nouissimū aduersus Marcū Antonium:
 secundū aduersus Brutū & Cassiū: tertiū aduersus Luciū Antoniū: quartū ad-
 uersus Sextū Pompeium Cnei Pompeii filium cōfecit. Antonius a senatu hostis
 ꝑnunciatus Deciū Brutum apud Mutinā obsidione cōcluserat: cōsules Hircius
 & Pansa: & cū his Cæsar ad liberādū Deciū Brutū expugnādūq; Antoniū missi.
 Pansa primo ueniēs exceptus insidiis inter suorū clades ipse quoq; pilo grauius
 uulneratus ab eodē uulnere interpositis diebꝰ est mortuus. Hircius auxiliū col-
 legæ ferēs magnas Antonii copias uasta strage deleuit: Cæsar eatenus castra cu-
 stodiuit. Secūda illa aduersū Antoniū pugna: magnæ utrinq; strages actæ sunt.
 Nāq; tunc ibi Hircius cōsul occisus est: uictus fuit Antonius: Cæsar uictoria po-
 titus est: cui Decius Brutus de cōiuratione occisi Iulii Cæsaris confessus preces
 ꝑcnitētiæ fudit. Dolobella Treboniū unum ex interfectoribꝰ Cæsaris Smyrnæ
 interfecit. Dolobellā senatus hostē ꝑnunciauit: cōsiliū occisorū uterq; exerci-
 tus Cæsari paruit. Postea Decius Brutus ī Gallia a Sequanis captus & occisus ē.
 Basilus autē æque unus de ꝑcussoribus manu seruorū suorū necatus est. Lepi-
 dus satis a gēte Cæsare Antonium recepit in gratiā: atq; ob fidē recōciliatæ gra-
 tiæ filiā eius matrimonio sortitus est. Inde cum ad urbem accessissent: ac rumor
 de futura ꝑscriptione ortus esset: Caius Toranius uir prætorius nihil tamē me-
 tuens incursum militū domi suæ iterfectus est: aliiq; cōplures trucidati sunt. Itaq;
 ne latius atq; effrenatius ꝑscriptorum cædes ageret. cxxxii. senatorum noīa in
 tabula ꝑposita sunt. Primū Lepidi præcepto & noīe: deinde Antonii: tertio Cæ-
 saris. Ibi Antonius Tulliū Ciceronē inimicū suū: ibi Luciū Cæsarē auunculum
 suū: & quod exaggerādo sceleri accessit: uiuā matrē ꝑscripserat: ibi Lepidus Lu-
 cium Paulum fratrem suū. In eodē ꝑscriptorum numero triginta eqtes Romani:
 multæ diu & uariæ cædes actæ. Domus ꝑscriptorū direptis oibus dirutæ sunt.
 At Dolobella in Syria multa cū Cassio bella gessit: a quo uictus ipse se iterfecit.
 Brutus & Cassius magnis exercitibꝰ cōparatis apud Athenas cōuenerunt: totaq;
 Græciā depopulati sunt. Rhodios Cassius terra mariq; oppugnatos ad deditio-
 nem coegit: qbus præter uitā nihil reliqt. Igitꝰ Cæsar & Antonius eosdē ī Mac-
 donia magnis bellorū apparatibꝰ ꝑsecuti ad mortē cōpulerūt: quis manifestissi-
 me illa tūc pugna nō uirtute partis: Antonii: sed Cæsaris fœlicitate confecta sit.
 Cæsar. n. tunc æger cū se in castris capiēdæ quietis causa tenere statuisset: horta-
 tu & precibꝰ medici sui: qui ꝑ somnium admonitū sese fatebatꝰ: ut ea die castris
 Cæsarē salutis ipsius cā educeret ī cāpū: ægre iter copias egressus est: ac mox ca-
 stra eius ab hostibꝰ capta sunt: sed rursus cæsariani milites Cassii castra cæpunt.
 Quare ad despationē adacti Brutꝰ & Cassiꝰ imaturā sibi mortē ante belli termi-
 nū cōsciuerūt. Nā inuitatis ꝑcussoribus Cassius caput: Brutus latus præbuit. At
 Romæ fuluia uxor Antonii: socrus Cæsaris dñatū: ut mulier agitabat: incertum

LIBER SEXTVS

in hac mutatione cōsularis regniq; fastigii: utrum deficientis potentiaē ultima: an incipientis prima nomināda: certe etiam in eos insolens per quos: ut insolesceret agebatur. Nam & Cæsare reuersum apud Brundisiū cōtumeliis: factionibus: insidiisq; periit. A quo ppulsata ad Antoniū cōcessit in Græciā. Sextus Pompeius postq; se in pscriptorū numerū relatum comperit: cōuersus in latrocinia oēm orā Italiæ cædibus rapinisq; uastauit. Sicilia prærepta: cōmeatibusq; impeditis Romā fame affecit. Mox cum eo pacē triumui: ut nō dicam tyrāni: idest lepidus: Cæsar: Antoniūsq; fecerūt. Sed cōtinuo cum cōtra pactum Pompeius fugitios allegeret: ut hostis habitus est. Mœna libertus Pompeii cū .lx. nauium classe ad Cæsare defecit: eidēq; classi ipse iussu Cæsaris præfuit. Idemq; cōtinuo cū Statilio Tauro aduersus Menecratū Pompeianū ducem nauale bellum gessit. Deinde ipse Cæsar aduersus eosdem Pompeianos cruentissimū bellum gessit nauale cōfecit: sed cōtinuo uictricē classē pene uniuersam apud Syllaceū naufragio amisit. Ventidius Persas & Parthos in Syriā irrūpentes tribus bellis maximis fudit: regemq; eorū pacorū in acie interfecit: ea scilicet die qua Crassus a Parthis fuerat occisus: Antonius uno uix castello expugnato pacem cū Antiocho fecit: ut ipse tantā rē cōsumasse uideret. Ventidiū Syriæ præfecit: iussitq; ut Antigono bellū inferret: qui Iudæos tunc forte debellauerat: captisq; Hierosolymis tēplū spoliauerat: regnumq; Hærodi dederat. Quem cōtinuo uictum in deditiōē recepit. Mœna libertus cum sex nauibus ad Pompeium rediit: a quo clemēter receptus Cæsaris classē incendit: quā nuper Cæsar alterā secundo naufragio pdidisset. Idemq; Mœna postea ab Agrippa nauali prælio circūuentus cum sex triremibus ad Cæsare transiit. Sed hunc Cæsar tertio transfugam indulta tantū uita sequegnem reliquit. Deinde Agrippa inter Milas & Liparas aduersus Democham & Pompeium nauale bellum gessit: ac uicit: ibiq; tūc naues .xxx. aut demersit aut cepit: reliquis laceratis. Pompeius deniq; Messanā cōfugit. Cæsar interea Tauromeniam traiecerat: quem repentino impetu Pompeius afflixit. Vnde multis diuersis nauibus suis ac magna multitudine suorum militū perdita in Italiam Cæsar aufugit: nec interueniente mora in Siciliā rediit: ibiq; Lepidum ex Aphria aduentantē obuium habuit: summas sibi partes terrore: minis: ac superbia uendicantem. Post dies paucos Agrippa iussu Cæsaris a littore cum acie instructa prospectans atrocissime nauali prælio aduersus Pompeiū cōflixit: & uicit. Nam .clxiii. naues aut demersit: aut cepit. Pompeius cum .x. & .vii. nauibus uix elapsus euasit. Lepidus magna .xx. legionū insolentia tumens: cum Messanā militibus permissam diripuisset: ipsum Cæsarem ad se uenientem semel atq; iterum spreuit: ac potius telis appeti iussit. Quæ ille collecta in leuum brachium lacerana repellendo uitauit. Mox imisso equo ad suos reuersus instructo exercitu aduersus Lepidum ueniens plurimas legiones Lepidi: paucis interfectis: transire in suam partem compulit. Lepidus tamen intelligens: quo uanitas sua tenderet: deposito paludamento: assumptaq; ueste pulla supplex Cæsari factus uitam & bona impetrauit perpetuo quidē mulctatus exilio. Taurus Cæsaris præfectus totam pene Siciliam ferro pertentatam: cōterritamq; in fidem recepit. xliiii. legiones sub unius tunc imperio Cæsaris erant. Milites multitudine ferocios quosdam pro accipiendis agris tumultus excitauerunt.

¶ Ed Cæsar animo ingens. xx. M. militū exauctorauit. xxx. M. seruoꝝ dominis restituit. vi. M. quoꝝ domini nō extabāt: in crucē egit. Quās urbem ingressus: ut in ppetuum tribunitiæ potestatis esset: a senatu decretū est. His diebus trans Tyberim e taberna meritoria fons olei terra exundauit: ac per totum diē largissimo riuo fluxit. Antonius uero postq̄ araxem transmisit: omnibus undiq; malis circūuentus: tandem Antiochiā cum paucis rediit. Nam cum multitudine equitum & sagittarioꝝ ab oibus proeliis: quæ plura tentauit uictus effugeret: tū præterea incertis & ignotis locis impeditus grauissima fame ad nefandos cibos coactus est: plurimiq; militū sese hostibus dediderūt. Inde in Græciam trāsīit: iussitq; Pompeiū: qui uictus a Cæsare exercitū bellumq; reparabat: cum paucis ad se uenire. Pompeius fugiēs a Tito & Formo antonianis ducibꝯ sæpe terrestri naualiqu; bello uictus & captus: ac post paululū interfectus est. Cæsar Illyricū & Pānoniā partēq; Italiæ bellis subegit & domuit. Antonius Artabanē Armeniæ regē pditione & dolo cepit: quem argentea cathena uinctū ad confessionē thesauroꝝ regioꝝ coegit. Expugnatoq; oppido: in quo cōditos esse pdiderat: magnā uim auri argentiq; abstulit: qua elatus pecunia denunciari bellū Cæsari atq; octauiæ sorori Cæsaris & uxori repudiū indici iussit: & Cleopatrá sibi ex Alexādria occurrere impauit: Ipse actiū: ubi classē cōstituerat pfectꝯ: cū prope tertiā partē remigum fame absumptā offendisset: nihil motus: remi inquit modo salui sint. Nā remiges nō deerūt: quoad Græcia hoies habuerit: Cæsar. cc. .xxx. rostratis nauibꝯ a Brundisio in Epix pfectus est. Agrippa uero præmissus a Cæsare multas onerarias naues frumēto atq; armis graues ab Aegypto Syria Asiaq; ad subsidiū Antonio ueniētes cepit. Peragratoq; Pelopōnensium sinu Methonā urbē ualidissimo Antoniano præsidio munitā expugnauit. Inde Corcyrā cepit: fugiētes nauali proelio psecutus & pfligauit: multisq; rebus cruētissime gestis ad Cæsarē uenit. Antonius defectu & fame militū suoꝝ cōmotus bellum instituit maturare: ac repēte instructis copiis ad Cæsaris castra pcessit: & uictus est. Tertio post fugā die castra Antonius ad actium trāsūlit nauali proelio dimicare paratus. ccxxx. rostratæ fuere Cæsaris naues: & .xxx. sine rostris: triremes uelocitate liburnicis pares: & octo legiones classi suppositæ absq; cohortibus. v. prætoriis. Classis Antonii. clxx. nauium fuit: q̄tum numero cedēs: tātum magnitudine præcellens. Nā. x. pedū altitudine a mari aberat: Famosum & magnum hoc bellū apud actium fuit. Ab hora quinta usq; in horam septimā: incerta uincēdi spe grauissimæ utrinq; cædes actæ: reliquū diei cum subsequente nocte in uictoriā Cæsaris declinauit. Prior regina Cleopatra cū. lx. uelocissimis nauibus fugit. Antonius quoq; detractō insigni prætoriæ nauis fugientē secutus uxorē est. Illucescente iam die uictoriā Cæsar cōsumauit. xii. M. ex uictis cecidisse referunt. vii. M. uulnerata sunt: e quibus. M. intercurandum defecerunt. Antonius & Cleopatra cōes liberos cū parte regiæ gazæ ad rubrum mare præmittendos censuerunt: ipsi præsidiis circa duo Aegypti Pelusiū parethoniūq; dispositis classē: & copias instaurādo bello parauerunt. Cæsar sextū impator appellatus: & quartū ipse cū Marco Lycinio Crasso cōsul Brūdusiū uenit: ibiq; orbis terrarū præsidia diuisis legionibꝯ cōposuit. Inde in Syriā: mox Pelusiū adiit:

LIBER SEXTVS

ubi ab Antonianis praesidiis ultro susceptus est. Interea Cornelius Gallus praemissus a Caesare.iiii.legiones quas Antonius apud Cyrenas praesidii loco constituerat:suscepit in fide:atque inde Parethonium primam Aegypti a Libyae parte ciuitatem uicto cepit Antonio:ipsumque continuo apud Phaeum uicit. Antonius equestre aduersus Caesarem bellum iniit:in eo quoque miserabiliter uictus aufugit.Kalendis sextilibus prima luce Antonius cum ad instruendam classem in portum descenderet:subito uniuersae naues ad Caesarem transferunt.Cumque unico praesidio spoliatus esset:trepidus se cum paucis recepit in regiam.Deinde imminente Caesare turbataque ciuitate idem Antonius sese ferro transfuerberauit:ac semianimis ad Cleopatram in monumentum: in qua se illa mori certa condiderat:platus est:Cleopatra postquam se ad triumphum seruari intellexit:uoluntariam mortem petens:serpentis:ut putatur:morsu in sinistro tacta brachio exanimis inuenta est:frustra Caesare etiam psyllos admouente:qui uenena serpentium e uulneribus hominum haustu reuocare atque exugere solent:Caesar Alexandria urbe omnium longe opulentissima & maxima uictor potitus est. Nam & Romam tantum opibus eius aucta est:ut propter abundantiam pecuniarum duplicia:quae usque ad id fuerat:possessorum aliarumque rerum uenaliu precia statuerent.Occisi sunt iussu Caesaris maior Antonii filius & Publius Caninius infestus semper Caesari:sed & Antonio infidus:& Cassius Parmensis ultima uiolati patris Caesaris uictima:& Quintus Quinius ob eam maxime notam:quod obscenissimae lanificio textrinoque reginae:senator populi Romani praesse non erubuerat. Dehinc Caesar pedestribus copiis in Syriam uenit:deinde in Asiam ad hiberna concessit:ac post per Graeciam Brundisium peruectus est.

Hic Caesar primum impator Augustus est salutatus.

a Anno ab urbe condita. dcccxxvi. ipso impante Caesare Augusto & Lucio Appuleio consulibus:Caesar uictor ab oriente rediens octauo idus Ianuarii urbem triplici triumpho ingressus est:ac tum primum ipse Iani portas:sopitis omnibus finitisque bellis ciuilibus clausit. Hoc die primum Augustus consalutatus est. Quod nomen cunctis antea inuiolatum:& hucusque ceteris inausum dominis:tantum orbis licite usurpatum apicem declarat impii:atque ex eodem die summa rerum ac potestatum penes unum coepit esse:& mansit:quod Graeci monarchiam uocant. Porro autem hunc esse eundem diem:hoc est octauo idus Ianuarias:quem nos epiphaniam:hoc est apparitionem siue manifestationem dominici sacramenti obseruamus:nemo credentium siue etiam fidei contradicentium nescit.De quo nostrae istius fidelissimae obseruationis sacramento uberius nunc dicere:nec ratio nec locus flagitat:ut & quaerentibus reseruasse:& negligentibus non ingessisse uideamur. Hoc autem fideliter commemorasse ideo par fuit:ut per omnia uenturi christi gratia praeparatum Caesaris imperium comprobetur. Nam cum primum Gaio Caesare auunculo suo interfecto ex Apollonia rediens urbem ingrederetur:hora circiter tertia repente liquido ac puro sereno circulus ad speciem caelestis arcus orbem solis ambiit:quasi unum eum ac potissimum in hoc mundo solumque clarissimum in orbe monstraret.cuius tempore uenturus esset:qui ipsum solum solus:mundumque totum & fecisset & regeret.

De restoratione seruorum dominis.

d Eiusdem cum secundo in Sicilia receptis a Pompeio & Lepido legionibus. xxx. seruorum. M. dominis restituisset:& .xliiii. legiones solum impio suo ad tutamem

orbis terrarū distribuisset:ouansq; urbē ingressus oīa superiora populi Romani impatori dedita donāda litterarū etiā monumētis nedū aboleri censuisset:in diebus ipsis fons olei largissimus:sicut supius expressi:de taberna meritoria p totū diē fluxit. Quo signo qd euidētius q̄ in diebus Cæsaris toto orbe regnātis futura christi natiuitas declarata est: Christus enim lingua gētis in qua & ex qua natus est: unctus interpretat̄. Itaq; cū eo tpe:quo Cæsari ppetua tribunitia potestas decreta est:Romæ fons olei p totū diē defluxit sub principatu Cæsaris Romano impio p totū diē hoc est p omne Romani tēpus impii:christū & ex eo christianos:idest unctum atq; ex eo unctos demeritoria taberna:hoc est de hospitali largaq; ecclesia affluēter atq; incessabiliter pcessuros:restituēdosq; p Cæsare oēs seruos:qui tñ cognoscerēt dñm suū cæterosq; qui sine dño inuenirent̄:morti supplicioq; dedēdos:remittēdaq; sub Cæsare debita peccatorū in ea urbe:in qua spōtaneū fluxisset oleū:euidētissima his:q; pphetaꝝ uoces nō audiebāt:signa ī cælo & terra pdigia pdiderūt. Tertio autē cum urbē triumphās quintū cōsul ingressus est:eo scilicet die quē supra nominauimus:cū & Ianū post.cc.annos primū ipse clausit:& clarissimū illud Augusti nomē assumpsit:qd fidelius ac uerius credi:aut cognosci potest.cōcurrētibus ad tantā manifestationē pace:noīe:die:quā hunc occulto quidē gestoꝝ ordine ad obsequiū præparatiōis eius prædestinatū fuisse:qui eo die:quo ille manifestādus mūdo post paululum erat:& pacis signū prætulit:& potestatis nomē assumpsit: Quid autē ī quarto reditu cū finito Cantabrico bello:pacatisq; oībus gētibus:Cæsar urbē repetiit ad cōtestationē fidei:quā exprimimus actum sit:ipso ordine melius proferetur.

Hic dicit̄ ubi Cæsar ī Hispania uti gētes legibꝯ suis p̄hibēs Iani portas apuit. Nno ab urbe cōdita: dcccxxvi. impatore Augusto Cæsare sexies:& bis a Marco Agrippa cōsulibus:Cæsar parū in Hispania p ducentū annos actū intelligēs:si Cantabros atq; astures duas fortissimas gētes Hispaniæ suis uti legibus sineret:apuit Iani portas:atq; in Hispanias ipse cū exercitu pfectus est. Cantabri & Astures Gallatiæ puinciæ portio sunt:qua extentū Pyrenæi iugū haud pcul secūdo oceano sub septētrione deducit̄. Hi nō solū ppriā libertatē tueri parati:uerū etiā finitimorū præripe ausi uacceos & Gurgonios & Aurigonas assiduis eruptionibus populabant̄. Igit̄ Cæsar apud Segisfamā castra posuit:tribus agminibus totā pene amplexus Cantabriā. Diu itaq; fatigato frustra atq; in piculū sæpe deducto exercitu:tandē ab aqtanico sinu p oceanū incautis hostibus admouere classē:atq; exponi copias iubet. Tunc demū Cantabri sub mœnibus Belgicæ maximo cōgressu belli euicti ī Vinniū montē naturatutissimū cōfugerunt:ubi obsidiōe famis ad extremū pene cōsumpti sunt. Aracillum deinde oppidū magna ui ac diu repugnās postremo captū ac dirutū est. Præterea ulteriores Gallatiæ ptes:quæ mōtibꝯ siluisq; cōsitæ oceano terminant̄: Antistius & Firmius legati magnis grauibusq; bellis pdomuerūt. Nā & Medullium montē Minio flumini iminētē:in quo se magna multitudo hoīum ruebat̄ per.xv.milia passuū fossa circūseptū obsidione cinxerūt. Itaq; ubi se gēs hoīum trux natura:& ferox:neq; tolerādæ obsidioni sufficiētē:neq; suscipiēdo bello parē intelligit ad uoluntariā mortē seruitutis timore cōcurrit. Nā se pene oēs certatim igne:ferro ac ueneno necauerūt. Astures uero positis castris apud asturam

LIBER SEXTVS

flumē Romanos: nisi proditi præuentiq; essent: magnis consiliis uirtutibusq; op-
 pressissent. Tres legatos cū legionibus suis in tria castra diuisos tribus æque ag-
 minibus obruere moliti repenti suorum pditione detecti sunt. Hos postea Cari-
 sius bello exceptos: nō parua etiā Romanorum clade superauit. Pars corū præ-
 lio elapsa lanciam cōfugit. Cūq; milites circūdatam urbē incendio adoriri para-
 rent: dux Carisius & a suis cessationē impetrauit incendiū: & a Barbaris uolun-
 tatem deditōnis exegit. Studiose enim nitebat̄ integrā atq; incolumē ciuitatem
 uictoriæ suæ testē relinquere. Cantabricæ uictoriæ hunc honorē detulit Cæsar:
 ut tunc quoq; belli portas claustro cohiberi iuberet. Ita tūc secūdo per Cæsarem
 quarto post urbē conditā clausus est Ianus. Post hoc Claudius drusus priuignus
 Cæsaris: Galliā Rhetiāq; sortitus maximas fortissimasq; gētes Germaniæ armis
 subegit. Nā tunc ueluti ad cōstitutū diē pacis festinarent: ita oēs ad experiētiā
 belli: decisionēue fœderis undatim gētes cōmouebant̄: aut suscepturæ cōditionē
 pacis: si uincerent̄ aut usuræ quieta libertate: si uincerēt: Norici: Illyrici: Pāno-
 nii: Dalmatæ: Mœsii: Thraces & Daci: Sarmathæ plurimiq; & maximi Germa-
 niæ populi per diuersos duces uel supati uel repressi: uel etiā obiectu maximorū
 fluminū Rheni Danubiiq; seclusi sunt. Drusus in Germania primo Susiperes:
 deinde Tencateros & Cathos pdomuit. Marcomānos pene ad internitionē ceci-
 dit. Postea fortissimas nationes: & qbus natura uires: cōsuetudo expiētiā uirium
 dabat. Cheruseos. Sueuos & Sycābros pariter uno bello: sed etiā suis aspero su-
 perauit. Quorū ex eo cōsiderari uirtus ac feritas pōt: q; mulieres quoq; eorum si
 quādo præuentu Romanorū inter plaustra sua concludebant̄: deficientibus telis:
 uel qualibet re: qua uelut telo uti furor possit. paruos filios collisos humi in ho-
 stium ora iacebāt: in singulis filiorū necibus bis parricidæ. Tunc etiā in Aphricā
 Vfulanos & Getulos latius uagātes: Cossus dux Cæsaris artatis finib; coercuit:
 atq; Romanis limitibus abstinere metu cōpulit. Interea Cæsarē apud Tarraconē
 citerioris Hispaniæ urbē legati Indorū & Scytharū toto orbe trāsmisso tandem
 ibi inuenerūt: ultro quod iā quærere nō possent: Refuderunt in Cæsarē Alexan-
 dri magni gloriā: quē sicut Hispanorū Gallorūq; legatio in medio oriente apud
 Babylonē cōtēplatione pacis adiit: ita hunc apud Hispaniā in occidētis ultimo
 supplex cū gentilico munere Eous: Indus & Scytha Boreus orauit. Cantabrico
 bello per qnq; annos acto: totaq; Hispania in æternā pacē cū quadā respiratione
 lassitudinis reclinata ac reposita: Cæsar Romā rediit. Quibus etiā diebus multa
 per se: multaq; per duces & legatos bella gessit. Nā inter cæteros & Piso aduer-
 sum Vindelicos missus est. Quibus subactis uictor ad Cæsarē Lugdunū uenit.
 Pannonios nouo motu intumescētes Tyberius priuignus Cæsaris cruentissima
 cæde deleuit. Idemq; cōtinuo Germanos bello arripuit: e quibus. xl. M. captiuos
 uictor adduxit. Quod reuera bellum maximū & formidolosissimū. xv. legioni-
 bus per triēniū gestum est: nec fere ullum maius bellū: sicut Suetonius attestat̄
 post Punicum fuit. Sub eodē uero tēpore Quintilius Varus cū tribus legioni-
 bus a Germanis rebellantibus: mira superbia atq; auaritia in subiectos se agens:
 funditus deletus est. Quā reipu. cladem Cæsar Augustus adeo grauiter tulit: ut
 sæpe per uim doloris caput parieti collidens clamaret: Quintili Vare redde le-
 giones: Bosphoranos uero Agrippa supauit: & signis Romanis: quæ illi quondā

sub Mithridate sustulerant: bello recuperatis uictos ad deditiōē coegit. Parthi quasi toto terrarū orbe uel domito uel pacato omniū oculis signarentur: atq; in se solos omnis uigor Romani imperii uertendus esset: quippe quos pristina ulci scendæ Crassianæ cædis cōscientia mordebat: ultro signa: quæ Crasso interfecto abstulerant: ad Cæsarē remiserunt: regisq; obsidibus traditis: firmū fœdus fidei supplicatione eruerunt. Anno ab urbe cōdita. dccc. Cæsar Augustus ab oriente in occidentē: a septentrione in meridiē: ac per totum oceani circulum cunctis gē tibus una pace compositis Iani portas tertio ipse clausit. Quas æuo per .xii. fere annos quietissimo semp obseratas ocio ipsa etiā rubigo signauit: nec prius unq; nisi extrema senectute Augusti pulsata Atheniensiu seditioe & Dacorum cōmō tione patuerant. Clausis igitur Iani portis rēpu. quā bello quæsiuerat pace enu trire: atq; amplificare studens: leges plurimas statuit: per quas humanū genus li bera reuerentia disciplinae morē gereret. Domini appellationē ut homo declina uit. Nam cū eodē spectante ludos p̄nunciatū esset a quodam mimo: o dominū æquū & bonū: uniuersiq; quasi de ipso dictum esse exultantes approbauissent: statim quidē manū uultuq; indecoras adulationes repressit: & in sequēti die gra uissimo corripuit edicto: dominūq; se post hoc appellari: ne liberis quidē aut ne potibus suis uel serio uel ideo passus est. Igitur eo tēpore: idest eo anno: quo fir missimā uerissimāq; pacē ordinatione dei Cæsar cōposuit: natus est Christus: cuius aduētui pax ista famulata est: in cuius ortu audiētibus hominibus exultātes angeli cecinerūt. Gloria in excelsis deo & in terra pax hominibus bonæ uolūta tis: eodēq; tēpore hic: ad quē rerū omniū summa concesserat: dominū se omniū appellari nō passus est: imo nō ausus: quia uerus dominus totius generis huma ni inter homines natus erat: eodēq; anno tunc primū idem Cæsar: quē his tantis mysteriis prædestinauerat deus: censum agi singularē ubiq; puincia: & censeri omnes homines iussit: quādo & deus homo uideri & esse dignatus est. Tūc igit natus est Christus: Romano censui statim ascriptus est. Hæc est prima illa cla rissimāq; p̄fessio: quæ Cæsarem omniū principem: Romanosq; dominos rerū si gillatim cunctoꝝ hominum edita ascriptione signauit: in qua se & ipse qui cun ctos homines fecit inueniri hominē ascribi inter homines uoluit. Quod nūquā penitus ab orbe cōdito: atq; ab exordio generis humani in hunc mundū: ne Ba bylonico quidē uel Macedonico: ut non dicā minori cuiq; regno cōcessum fuit: nec dubiū: quin omniū cognitioni fidei inspectioniq; pateat q; dñs noster Iesus Christus hęc urbē nutu suo auctam defensamq; in hūc rerū apicē p̄uexerit: cuius potissime uoluit esse: cū uenit dicendus utiq; ciuis Romanus p̄fessioe Romani. Quamobrē quia ad id tēporis peruentū est: quo & dñs Iesus Christus hunc mundū primū aduentu suo illustrauit: regnūq; Cæsari tranquillissimū de dit: hunc quoq; sextū libellum hoc fine cōcluserim: ut germinantia tēpora chri stiana: magisq; inter reprimentiu manus crescentia: & quæ adhuc in p̄uectu po sita hoꝝ ipsoꝝ: quibus hæc respōdere cogimur insectatione mordentur: septimo libello si tamē adiuuante domino suffecerim: cōprehendam: ut quoniā ab initio & peccare homines & puniri propter peccata nō tacui. Nunc quoq; quæ perse cutiones christianorū actæ sunt: & quæ ultiones secutæ absq; eo quod omnes ad peccandū generaliter proni sunt: atq; ideo sigillatim corripuntur: expediam.



Vfficienter: ut arbitror: documenta sunt collecta: quibus absque
 ullo archano: quod paucorum fidelium est: probari de medio
 quaerat: unum illum & uerum deum: quem christiana fides praedi-
 cat: & condidisse mundum creaturamque eius cum uoluit: & dispo-
 sisse per tempora multa: cum a multis ignoraret: & confirmasse
 ad unum: cum per unicum declaratus est: simulque potentiam patien-
 tiamque eius multimodis argumentis eluxisse. In quo quidem angustas deiectasque men-
 tes offendi paulisper intelligo: quod tantae potentiae patientia tanta miscet. Si enim
 potens erat inquit creare mundum: componere pacem mundi: insinuare mundo cul-
 tum ad noticiam sui: quid opus fuit tanta: uelut ipsi sentiunt: & tam perniciose pa-
 tientia: ut in ultimo erroribus: cladibus: laboribusque hominum fieret: quod a prin-
 cipio uirtute eius: quem praedicat: dei sic potius coepisse potuisset. Quibus quidem
 ueraciter respondere possem: ad hoc ab initio creatum & institutum humanum ge-
 nus: ut sub religione cum pace & sine labore uiuens fructum obedientiae aeterni-
 tatem promeretur: sed ab usum bonitatis creatoris libertatem indulgentis in cotu-
 maciam uertisse licentiam: atque ex contemptu in obliuionem defluxisse: iustamque nunc
 esse patientiam dei: & iusticiam in utraque parte: ut nec contemptus disperdat in totum:
 cui misereri uelit: & affici laboribus dum uelit: sinat contemptus potens. Deinde
 subsequens esse: iuste semper adhibere: quibus ignorantibus gubernationem: cui aliquando
 pie restitutus sit poenitenti antiquae gratiae facultatem. Sed haec quoniam: etsi ue-
 rissime fortissimeque dicuntur: fidelem tamen atque obedientem requirunt: mihi autem si
 uidero aliquem ex credituris: certe nunc cum incredulis actio est: promptius ea pro-
 feram: quae ipsi etsi probare noluerint: improbare non possint. Itaque quantum ad consci-
 entiam humanarum mentium pertinet: utriusque sub reuerentia religionis & confessione: cul-
 tuque supernae potentiae uiuimus: distare dumtaxat fide: quia nostrum est fateri ex uno
 & per unum deum constare omnia: illorum tam multos deos putare: quam multa sunt ele-
 menta. Si potentiae dei inquit quae praedicatis fuit: ut Romanum imperium tam
 amplum ac tam sublime fieret: cur igitur patientiae eiusdem obfuit ut ante non fieret?
 Quibus sub eodem uerbo respondebitur. Si potentiae & deorum: quos praedica-
 tis fuit: ut Romanum imperium tam amplum ac tam sublime fieret: cur igitur pa-
 tientiae eorundem obfuit ut ante non fieret: an ipsi dii nondum erant: an adhuc
 Roma ipsa non erat: an illi non colebantur: an haec nondum idonea ad imperium
 uidebatur? Si nondum erant dii: aut potentia: cessat intentio. Ut quid enim iam
 ibi eorum discussio moratur: ubi ne ipsam quidem inuenio naturam? Si autem erant
 dii: aut potentia eorum: ut ipsi iudicant: aut patientia in culpa est: uel patientia si
 fuit: uel potentia si defuit: aut si magis suasibile uidetur esse: tunc quidem deos
 qui puerere potuissent: sed nondum extitisse Romanos qui pueri iure possent.
 Nos autem auctorem rerum potentiam: non artificem scientiam quaerimus. De diis
 quippe ut putant: magnis non de fabris uilissimis quaestio est: quibus nisi mate-
 ria accedat ars cessat. Si enim praescisse illis ac uoluisse praesto semper fuit: immo
 etiam subiacente praescientia: quia apud omnipotentiam de opibus dumtaxat suis hoc
 est praescire: quod uelle. quodcumque illud praesciebatur: cui uoluntas astipularetur:

non expectari oportuit: sed creati maxime cum & iuonem illum suum acruos formicarum in populos hominū ludo uertere solitum ferant. Porro aut de cura cærimoniarū: nec recensendum arbitror: quoniā inter sacra cōtinua incessabilibus cladibus nullus finis: nulla requies fuit. nisi cū saluator mundi christus illuxit: cuius aduentui prædestinatā fuisse imperii Romani pacē: & suā sufficienter ostendisse me arbitror: paucis tamē adhuc supplere conabor. Principio secūdi belli cum tēpora Romanæ conditionis stili tenore perstringerem: multa conuenienter inter Babyloniam urbem Assyrīorū tunc principem gentiū: & Romanā nunc æque gentibus dominantē compacta conscripsi: fuisse illud primum: hoc ultimum imperiū: illud paulatim cædens: at istud sensim conualescēs defluxisse: illi sub uno tēpore nouissimū regem: isti primum regem fuisse. Iam deinde tunc inuadente Cyro captā uelut in mortē concidisse: cunctam fiducialiter assurgentem: post expulsos reges: liberis uti cœpisse consiliis: præcipue cum uendicante libertatē suam Roma: tunc quoq; Iudæorum populus: qui apud Babyloniam sub regibus seruebat: in sanctam Hierusalem recepta libertate redierit: templūq; domini: sicut a prophetis prædictum fuerat: reformarit. Præterea intercessisse dixeram inter Babylonium regnum: quod ab oriente fuerat: & Romanum: quod ab occidente cōsurgēs: hæreditate orientis enutriebatur: Macedonicū Africānūq; regnū: hoc est quasi a meridie ac septētrione breuibus uicibus partes tutoris curatorisq; tenuisse. Orientis & occidētis regnum æque Babylonium & Romanū iure uocitari: neminē unq; dubitasse scio. Macedonicū regnum sub septētrione esse cū ipsa cœli plaga: tum Alexādi magni aræ positæ usq; ad nunc sub Rhypeis montibus docent. Carthaginē uero uniuersæ præcelluisse Africæ: & nō solum in Siciliam: Sardiniam: cæterasq; adiacentes insulas: sed etiam in Hispaniā regni terminos tetendisse: historiarum simul monumenta urbiumq; declarant. Dictum est etiā uastatæ per Medos Babyloniam: & irruptæ per Gothos Romæ pares admodū annorū numeros cucurrisse. Nunc aut his illud adiicio: quo magis clareat unum esse arbitrum sæculorū: regnorū: locorūq; omniū deum. Regnū Carthaginense a conditione usq; ad euerfionem eius paulo amplius q̄. dcc. annis stetit: æque regnum Macedonicum a Carano usq; ad Persen paulominus q̄. dcc. utrūq; tamen septenarius ille numerus: quo iudicantur omnia terminat. Roma ipsa etiam quāuis ad aduentum domini nostri Iesu christi perfecto pueheret imperio: tamē paululum & ipsa in occursum numeri huius offendit.

Hic dicitur quomodo Roma graui incendio uastata est.

Am. dcc. conditionis suæ anno. xiiii. uicos eius incertum unde cōsurgens flamma consumpsit: nec unq; ut ait Liuius: maiore incendio uastata est adeo: ut post aliquot annos: Cæsar Augustus ad reparationē eorum: quæ tunc exusta erant: magnā uim pecuniæ ex ærario publico largitus sit. Poteram quoq; ostendere eundē duplicatum numerum mansisse Babyloniam: quæ post. M. cccc. & quod excurrit: ānos ultima a Cyro rege capta est: nisi præsentī cōtēplatione reuocaret. Illud sane libēter adiicio: quod primū illius regū omniū Nini: quāuis & pater eius Belus obscure primus regnasse referatur: anno postq; regnare cœperat. xliii. natus est ille sanctus Abraam: cui dictæ sunt repromissiones: ex cuius semine repromissus est christus: deinde nūc primi istius im-

LIBER SEPTIMVS

peratorum omnium Augusti cæsaris: quibus & pater eius Cæsar metator imperii potius quam imperator extiterit. Istius inquam Cæsaris: posteaquam imperare cepit emenso propemodum anno .xlii. natus est Christus: qui abraam sub Nino primo rege fuerat repromissus. Natus est autem .viii. Kalendas Ianuarii: cum primum incrementa omnia anni uenientis incipiunt. Ita factum est ut cum abraam .xliii. natus sit anno sub fine .xlii. Natiuitatis Christi conueniret: ut iam non ipse in parte tertii anni: sed in ipso potius tertius annus oriretur. Qui annus: quibus: quibus: quibus: inusitatis bonis abundauerit: satis etiam me non proferente comperit haberi arbitror: toto terrarum orbe una pax omnium: non cessatione: sed abolitione bellorum: clausæ ianæ gemini portæ extirpatis bellorum radicibus non repressis: census ille primus & maximus fuit: cum in hoc unum Cæsaris nomen uniuersa magnarum gentium creatura iurauit. simulque per communionem census unius societatis effecta est. Igitur anno ab urbe condita .dcc. xlii. natus est Christus salutare mundo afferens: uere petra medio rerum posita: ubi cominueretur qui offenderet: qui crederet saluaretur. uere ignis ardens: quem qui sequitur: illuminatur: qui tetat exurit. Ipse est Christus christianorum caput: saluator bonorum: malorum punitor: iudex omnium: qui forma secuturis uerbo & opere statuens: quo magis doceret patientes in persecutionibus: quas pro uita æterna exciperent: esse oportere: mox ut uirginis partu editus mundo apparuit: a passionibus suis cepit. Namque eum rex iudeæ Herodes simul ut natum comperit: necare decreuit: plurimosque tunc paruulos: dum unum in se statur occidit. Hic malignis improbe incurritibus digna punitio est. Hinc inquam tranquille agitur mundus: credentium gratia: inquam pernitiöse inquietatur: blasphemantium pena est: securis per omnia christianis fidelibus: quibus aut æternæ uitæ requies in tuto: aut etiam huius in lucro est: quod promptius cum per ordinem referant: ipsis rebus ostendat. Postquam redemptor mundi dominus iesus christus uenit in terras: & cæsaris censum ciuis Romanus ascriptus est dum per .xii. ut dixi annos: clausæ belli portæ beatissimæ pacis tranquillitate cohiberentur: Gaium nepotem suum Cæsar Augustus ad ordinandas Aegypti syriæque prouincias misit: qui præteriens ab Aegypto fines palestinae apud Hierosolymam in templo dei tunc sancto & celebri adorare contempsit: sicut Suetonius tranquillus refert. Quod ut Augustus comperit: prauo usus iudicio: eum prudenter fecisse laudauit. Itaque anno imperii Cæsaris .xlvi. adeo dira Romanos fames consecuta est: ut Cæsar lanistarum familias omnesque peregrinos: seruorum quoque maximas copias: exceptis medicis & præceptoribus trudi urbe præceperit. Ita peccante principe in sanctum dei & correpto per famem populo: quantitatem offensionis qualitas ultionis ostendit. Deinde ut uerbis Cornelii taciti loquar: sene Augusto ianus patefactus: dum apud extremos terrarum terminos nouæ gentes sæpe ex usu. & aliquando cum dano quærentur: usque ad Vespasiani durauit imperium. Hucusque Cornelius. Cæterum & tunc capta euerfacta urbe Hierosolymarum: sicut prophetae pronunciauerat: extinctisque iudæis Titus: qui ad uindicandum domini nostri Iesu christi sanguinem iudicio dei fuerat ordinatus: uictor triumphans cum Vespasiano patre Ianum clausit. Igitur etsi sub extremis Cæsaris temporibus apertus est Ianus: tamen per multa tempora ex eo: quibus in procinctu esset exercitus: nulla bella sonuerunt. Vnde etiam dominus Iesus christus in euangeliiis cum temporibus illis in summa tranquillitate uniuersus mundus ager etur: cunctasque gentes

tes pax una uelaret: & a discipulis suis interrogatus esset: de cōditione tēporē sub sequentiū inter cætera sic ait. Audituri autē estis prælia & opiniones præliorū: uidete ne turbemini. Oportet enim hæc primū fieri: sed nondum est finis. Consurget enim gens in gentē: & regnum in regnum: & erunt pestilentia & fames & terræmotus per loca. Hæc autē oīa initia sunt dolorē. Tunc tradēt uos in tribulationē: & occidēt uos: & eritis odio oībus gētibus ppter nomē meū. Hoc autē diuina puidētia docēs: & credētes præmonēdo firmauit: & incredulos prædicādo cōfudit. Anno ab urbe cōdita. dcc. lxxvii. post mortē Augusti Cæsaris Tyberius Cæsar imperiū adeptus est: mansitq; in eo annis. xxiii. Hic per semetipsum nulla bella gessit: sed ne per legatos qdē aliqua grauia: nisi q; tantū in aliquantis locis præcogniti cito gentiū tumores cōprimebant. Sane. iiii. imperii eius anno Germanicus Drusi filius: Caligulæ pater de Germanis: ad quos ab Augusto serne missus fuerat: triūphauit. Ipse autē Tyberius plurima imperii sui parte cū magna & graui modestia reipu. præfuit: adeo ut quibusdā præsidibus augēda provinciis tributa suadētibus scripsit. Boni pastoris esse tondere pecus: nō deglubere. At postq; passus est dñs Iesus christus: atq; a mortuis resurrexit: & discipulos suos ad prædicandū misit. Pilatus præses Palestinæ prouinciæ ad Tyberium imperatorē atq; ad senatum rettulit de passione & resurrectione christi: cōsequētibusq; uirtutibus: quæ uel per ipsum factæ fuerant: uel per discipulos ipsius in noīe eius fiebant: & de eo q; certatim crescente plurimorū fide deus cederetur.

Hic Tyberius Cæsar rettulit ad senatum: ut christus deus haberetur.

Yberius cum suffragio magni fauoris rettulit ad senatum: ut christus deus haberetur. Senatus indignatione motus: q; nō sibi prius secūdū morē delatū esset: ut de suscipiēdo cultu prius ipse decerneret: consecrationē christi recusauit: edictoq; cōstituit exterminandos esse ex urbe christianos: præcipue cum & Seiānus præfectus Tyberii suscipiēdæ religioni obstinatissime cōtradiceret. Tyberius tamē edicto accusatoribus christianorū morē cōminatus est. Itaq; paulatim iminuta est illa Tyberii Cæsaris laudatissima modestia in pœnam cōtradictoris senatus. Nam regi quæcūq; uoluntate faciebat: uoluntas erat: atq; ex mansuetissimo principe sæuissima bestia exarsit. Nam plurimos senatorum pscriptit & ad mortē coegit. Viginti sibi patricos uiros cōsiliū causa legerat. Horū uix duos incolumes reliquit: cæteros diuersis causis necauit. Seiānū præfectū suū res nouas molientē interfecit. Filios suos Drusum & Germanicū quorū Drusus naturalis: Germanicus adoptiuus erat: manifestis ueneni signis perdidit. Filios Germanici filii sui interfecit. Referre sigillatim facta eius horret animus: pudetq; tanta libidinis & crudelitatis rabie efferbuit: ut qui spreuerant christo rege saluari: rege Cæsare punirent. Huius tamē impii anno. xii. noua & incredibilis clades apud Fidēnatium urbē accidit. Amphitheatri cauea populo gladiatorū munus spectante collapsa est: & plus q̄. xx. milia hominū occidit. Dignū sane posteris tātæ correctiōis exēplū: tūc ad spectādas hominū mortes: auidos hoīes cōuenisse: qñ pro salute hoīum puidēda deus hō esse uoluisset.

Hic dicit ubi dominus passus est: & q; terræmotus factus est per orbem.

Einde anno eiusdē. xv. cum dominus christus Iesus uoluntarie quidē se tradidit passioni: sed impie a Iudæis apprehensus: & patibulo suspē

LIBER SEPTIMVS

sus est: maximo terræmotu per orbem facto: saxa in montibus scissa sunt: maxi-
 marūq; urbium plurimæ partes plus solita concussione ceciderunt. Eadē quoq;
 die ad horam diei sextam sol in toto orbe obscuratus: tetraq; nox subito obdu-
 cta terris est: & sicut dictum est: impiaq; æterna timuerunt sæcula noctē. Vsq;
 adeo autē neq; lunam lumini solis: neq; nubes obstitisse manifestum est: ut. xiiii.
 lunā ea die tota cœli regione interiecta lōgissime a cōspectu solis abfuisse: & stel-
 las tunc diurnis horis uel potius in illa horrēda nocte toto cœlo fulsisse referat.
 Quod nō solum sanctorū euangeliorū fides: sed etiam aliquāti Græcorū libri atte-
 stantur. Iam hinc post passionē dñi. quē Iudæi q̄tū in ipsis fuit p̄secuti sunt: cōti-
 nue clades Iudæorū: donec exinaniti disperfiq; deficiāt: incessabiliter perstrepūt.
 Tyberius siquē iuuentutē eorū per speciē sacramenti in puincias grauioris cœli
 relegauit: reliquas gentes eiusdem uel similia sectantes urbe submouit sub pœna
 p̄petuæ seruitutis: nisi obtēperassent. Sane Asiæ ciuitates illo terræmotu dirutas
 tributo dimisso p̄pria etiā libertate donauit. Hic ambiguus signis ueneni obiit. Tyberii
 Anno ab urbe condita. dcc. lxxx. tertius ab Augusto Gaius Caligula cœpit re- mors.
 gnare: māsitq; in impio annis nō plenis. iiii. homo ante se oīum flagitiosissimus:
 & q̄ uere dign⁹ Romanis blasphemātib⁹: & Iudæis p̄secutorib⁹ punitor adhibi-
 tus uideret. Hic ut breuiter magnitudinē crudelitatis eius exprimā: exclamasse
 fert. Vtinā populus Romanus unā ceruicē haberet. Sæpe etiā de cōditione tem-
 porū suorū cōquestus est: q̄ nullis calamitatib⁹ publicis insignirent. O beata ger-
 mina t̄pis christiani q̄tum præualuistis in rebus humanis: ut etiā crudelitas hoīs
 magis potuerit clades desiderare: q̄ inuenire. Ecce de trāquillitate geuerali feritas
 ieiuna cōquerit. Furor impius intus sæua sedēs sup arma: & centū uinctus ahe-
 nis post tergū nodis: fremit horridus ore cruento. Serui fugitiui & rebelles gla-
 diatores p̄terruere Romā: euertere Italiā: Siciliā deleuere: iam pene uniuerso hu-
 mano generi toto orbe metuēdi. In diebus aut salutis: hoc est t̄pibus christianis
 cōuellere quietē nō pōt uel Cæsar infestus. Hic siquē magno & incredibili ap-
 paratu p̄fectus quærere hostē uiribus ociosis: Germaniā Galliāq; p̄currēs in ora
 oceani circa p̄spectū Britāniæ restitit. Cūq; ibi Minocynobellinū Britānorū re-
 gis filiū: qui a p̄re pulsus: cū paucis oberrabat: in deditionē recēpisset: deficiēte
 belli materia Romā rediit. Iisdem aut dieb⁹ Iudæi: qui iā tūc ob passionē chri-
 sti meritis ubiq; cladib⁹ exagitabant: apud Alexādriā seditione excitata p̄fligati
 eade: atq; ab urbe pulsi expromendarū querelarū causa Philonē quēdā uirū sane
 in primis eruditū legatū ad Cæsarē miserūt. Sed Caligula cū omnibus homini-
 bus: tū præcipue Iudæis esset infestissimus: sprete legatione Philonis: oēs Iudæo-
 rum sacras ædes: atq; in primis antiquū illud in Hierosolymis sacrarium p̄pha-
 nari sacrificiis gentiliū: ac repleti statuis simulacrisq; impauit: seq; ibi ut deum
 coli præcepit. Pilatus autē præses: qui sententiā damnationis in christū dixerat:
 postq̄ plurimas seditiones in Hierosolymis explicuit & fecit: tantis irrogāte Ga-
 io angoribus coartatus est: ut sua se transuerberans manu malorū cōpendiū mor-
 tis celeritate quæsiuerit. Gaius uero Caligula libidinibus suis etiā illud sceleris
 adiecit: ut sorores suas primum stupro pollueret: deinde exilio damnaret. Qui
 post omnes simul exules iussit occidi. Ipse autem a suis p̄ccētoribus occisus est.
 Duo libelli in secretis eius reperti sunt: quorum alteri pugio: alteri gladius præ-

signo nominis ascriptus erat:ambo lectissimorum uirorum utriusque ordinis senatorii & equestris nomina & notas continebant morti destinatorum. Inuenta est & archa ingens uariorum uenenorum pocula continens:quibus mox Claudio Cæsare iubente:demersis infecta maria traduntur non sine magno piscium exitio:quos enecatos per proxima littora passim æstus eiecit. Magnū uero iudiciū miserentis dei propter suffragium gratiæ in populum continue ex parte crediturum:& propter iræ temperamentū in populum tunc infideliter obstinatum:ut quæ multitudo hominū præparatā mortē euaserit:ex multitudine interfectorum piscium disceret:omnibusque notesceret:quid tāta ueneni moles arte aucta agere in miserā ciuitatē potuisset:quæ negligenter effusa etiam maria corruptit.

Hic dicitur ubi primum uenit Romā beatus Petrus apostolus sub Claudio.

Nno ab urbe cōdita. dcc. lxxxv. Tyberius Claudius ab Augusto quartus regnū adeptus est:mansitque in eo annos. xiiii. Exordio regni eius Petrus apostolus dñi nri Iesu christi Romā uenit:& salutarē cunctis credētibus fidē fidei uerbo docuit:potentissimisque uirtutibus approbavit. Exin christiani Romæ esse cœperūt:sensitque hoc collatū fidei suæ Roma beneficium. Nā cū interfecto Caligula multa mala de abrogādo impio:ac repu. i antiquū ordinē restituēda:euertēdaq; pœnitus Cæsaris uniuerſa familia senatus & consules decreuissent:Cladius mox ut cōfirmauit imperiū:magna atque adhuc Romæ in cognita usus clamētia:ne in tantā nobiliū multitudinē ultio si esset cœpta:sauiret:iudiciū illud:quod ex reipu. statu infeliciter consultatū actūque fuerat memoriæ exemit:omniūque factorū dictorūue in cōueniā & obliuionē in perpetuū sanxit. Ita illā præclarā & famosam Atheniēsiū amnestiā:quā quidē Romæ inducere Iulio Cæsare interfecto:senatus Cicerone suadēte tentauerat. sed & Octauiano & Antonio ppter ultionē extincti Cæsaris irrūpentibus in irritū cesserat:hāc Cladius quiuis multo truculentiore causa in cædē cōspiratorū stimulare: ultronea clamētia nullo expetēte firmavit. Accidit etiā eodē tpe præsentis gratiæ dei grāde miraculū. Siqdē Furius Camillus Scribonianus Dalmatiæ legatus:bellū ciuile mollitus legiones multas fortissimasque ad sacramenti mutationē pellexerat. Itaque die dicto:ut in unū undique ad nouū impatorē cōueniretur:neque aquilæ ornari. neque cōuelli quoquomō signa:moueriue potuerūt:exercitus tanta & tam inusitata miraculi fide motus & cōuersus in pœnitentiā impatorē Scribonianū qnto statim die destitutū interfecit:seseq; sacramento prioris militiæ cōtinuit. Tristius ac pnciosius urbi Romæ nihil unquam fuisse:q̄ bella ciuilia satis notum est. Itaque ppter aduentum apostoli Petri & tenera christianorū germina uix dum adhuc pauca ad sanctæ fidei professionē erūpentia hanc exorientē tyrānidem & consurgēs istud ciuile bellum quisnā diuinitus esse cōpressum neget:qui præteritis tēporibus de cōpressionē belloꝝ ciuiliū simile probarit exemplum. Cladius quarto imperii sui anno:cupiēs se utilem reipu. ostētare principē:bellum ubique & uictoriā undecūque quæsiuit. Itaque expeditionē in Britāniam mouit:quæ excitata in tumultū propter nō redhibitos transfugas uidebatur:transuectusque in insulam est:quā neque ante Iulium Cæsare:neque post eum quisque adire ausus fuerat. Ibi:ut uerbis Suetonii Tranquilli loquar. sine ullo proelio ac sanguine intra paucissimos dies plurimam insulæ partem in deditiōnem recapit.

LIBER SEPTIMVS

Orchadas etiã insulas ultra Britãniã in oceano positas Romano adiecit impe-
 rio: ac sexto q̄ profectus erat mense Romã rediit. Conferatur nunc: si cuiq̄ placet
 insula & insula: tēpus & tēpus: bellum & bellum: Cæsar & Cæsar. Nam de fine
 nihil profero: quoniã hoc fœlicissima uictoria: illud acerbissima clades fuit: & sic
 demũ Roma cognoscat per eius latentē prouidentiam in agendis rebus antea se
 partē fœlicitatis habuisse: cuius agnitione suscepta plenissima fœlicitate p̄fruit:
 nō tamē inquãtum blasphemiarũ offendiculis deprauatur. Eodem anno imperii
 eius fames grauissima per Syriã facta est: quã etiam prophetæ prænunciauerãt:
 sed christianorũ necessitatibus apud Hierosolymã conuectis ab Aegypto frumẽ
 tis Helena Adiabenorũ regina conuersa ad fidem christi largissime ministrauit.
 Anno imperii eius quinto in Theram & Therasiam insulas de p̄fundo emicuit
 belua. xxx. stadiorum extenta spacio. Anno eius septimo sub procuratore Iudææ
 Cumano in Hierosolymis tanta seditio in diebus azimorũ exorta est: ut in por-
 tarum exitu populo coartato. xxx. M. Iudæorũ cæde prostrata & compressione
 suffocata referantur. Anno eiusdẽ nono expulsos per Claudium urbe Iudæos Io-
 sephus refert: sed me magis Suetonius mouet: qui ait hoc modo. Claudius Iu-
 dæos impulsore christo assidue tumultuantes Roma expulit. Quod utrum cõ-
 tra christum tumultuantes Iudæos coerceri & cõprimi iusserit: an etiã christia-
 nos simul: uelut cognatæ religionis homines uoluerit expelli: nequaquã discernit.
 Verũtamen sequẽti anno tanta fames Romæ fuit: ut medio foro Impator corre-
 ptus a populo cõuiciis & fragminibus panis turpissime infestatus ægre p̄ Pseu-
 dotyrum in palaciũ refugiens: furorẽ excitatæ plæbis euaserit. Paruo autẽ inter-
 cedẽte tẽpore. xxxv. senatores. & .ccc. simul equites Romanos nominis causis in-
 terfecit: ipse autem manifestis ueneni signis mortuus est. Anno ab urbe condita
 dccc. viii. Nero Cæsar ab Augusto quinto principatum adeptus est: mansitq̄ in
 eo annis non plenis. xiiii. Gaii Caligulæ auũculi sui erga omnia uicia ac scælera
 sectator: imo trãsgressor. petulantia: libidinem. luxuriam: auaritiã: crudelitã
 nullo non scelere exercuit. Siquidem percitus petulantia omnia pene Italiae ac
 Græciæ Theatra perlustrans: assumpto etiã uarii uestitus dedecore: Ceritos: Cy-
 tharistas: Tragædos & Aurigas sæpe sibi superasse uisus est. Libidinibus porro
 tantis exagitatus est: ut ne a matre quidẽ uel sorore uel ulla cõsanguinitatis re-
 uerentia abstinuisset referatur: uirum in uxorẽ duxerit: ipse a uiro ut uxor accæ-
 ptus sit. Luxuriæ uero tã effrenatæ fuit: ut retibus aureis piscaretur: quæ purpu-
 reis funibus extrahebantur: frigidis & calidis lauaretur unguentis. Qui etiam
 nunq̄ minus. M. carucis cõfecisse iter traditur. Deniq̄ urbis Romæ incendium
 uoluptatis suæ spectaculum fecit. Per sex enim dies septemq̄ noctes ardens ciui-
 tas regio pauit aspectus. Horrea quadro structa lapidæ magnæq̄ ille ueterũ in-
 sulæ: quas discurrens adire flãtia nō potuit: magnis machinis quondã ad extre-
 ma bella præparatis labefactatæ atq̄ inflammatæ sunt: ad monumentorũ busto-
 rũq̄ diuersoria infœlici plæbe cõpulsã. Quod ipse ex altissima illa mercenatia-
 na turre p̄spectans: lætusq̄ flãmæ: ut aiebat: pulchritudine tragico habitu iliadẽ
 decantabat. Auaritiæ autẽ tam præruptæ extitit: ut post hoc incendiũ urbis: quã
 se augustus ex lateritia marmoreã reddidisse iactauerat: neminẽ ad reliquias rez
 uistarũ adire pmiserit: cuncta quæ flãmæ quoquo modo sup̄fuerãt ipse abstulit.

Centies centena milia sestertiū ad annuā impensam a senatu sibi cōferri impera-
uit: plurimos senatorum nulla extāte causa bonis priuauit: negociatorū omnium
sub una die tormētis quoq; adhibitis oēm penitus censum absterfit.

Nero hic prim⁹ psecutus est christianos: q̄ et apostolos Petrū & Paulū occidit.

Rudelitatis autē rabie ita effleratus est: ut plurimā senatus partem in-
terfecerit: equestrem ordinē pene destituerit: sed ne parricidiis quidē
abstinuit. Matrē: fratrē: sororē: uxorē: ceterosq; cognatos & propin-
quos sine hæsitatione pstrauit. Auxit hanc molem facinorum eius temeritas im-
pietatis in deum. Nam primus Romæ christianos suppliciiis & mortibus affe-
cit: ac per omnes puincias pari persecutione excruciarī impauit: ipsumq; nomē
extirpare conat⁹ beatissimos christi apostolos Petrū cruce: Paulū gladio occidit.
Mox aceruatim miserā ciuitatem obortæ undiq; clades oppressere. Nam subse-
quēte autūno tanta urbi pestilentia increbuit. ut. xxx. M. funerum in rationem
Libytinæ uenirent. Britānica deinde clades cuestigio accidit: qua duo præcipua
oppida magna uiuiū sociorūq; clade & cæde direpta sunt. Præterea in orientem
magnis Armeniæ puinciis amissis Romanæ legiones sub iugū Parthicū missæ:
ægreg; Syria retēta est. In Asia tres urbes: hoc est Laodicea Hierapolis: Colosse
terræmotu cōciderūt. At uero Nero postq̄ Galbā in Hispania impatorē creatū
ab exercitu cognouit: totus aīo ac spe cōcidit. Cūq; incredibilia pturbandæ: imo
subruēdæ reipu. mala molliret: hostis a senatu p̄nunciatū: ignominiosissime fu-
giens ad quartū ab urbe lapidē sese iterfecit: atq; in eo oīs Cæsarū familia cōsum-
pta est. Anno ab urbe cōdita. dccc. xxii. Galba apud Hispanias usurpauit impe-
riū. Qui ut Neronis mortē cōperit: Romā uenit. Cūq; omni auaritia & sæuitia
segnitiaq; offenderet: Pisonē sibi nobilem industriūq; adolescentē in filiū atq; in
regnū adoptauit: cū quo septimo mense impii sui ab Othone iugulatus est. Luit
Roma cædib⁹ principū excitatis ciuilib⁹ bellis recētes christianæ religiōis iniu-
rias: & signa legionū illa: quæ sub aduētū in urbē Petri apostoli diuinitus coer-
cita: cōuelli nullo modo ad excitandū ciuile bellū ualuerāt: quod p̄ Scribonianā
parabat. Petro in urbe interfecto: & christianis pœnarū diuersitate laniatis: toto
se orbe soluerunt. De Hispania liquidē illico Galba surrexerat. quo mox presso:
Otho Romæ. Vitellius in Germania. Vespasianus in Syria impia simul atq; ar-
ma rapuerūt. Probēt sane et inuiti potētia simul & clamētia dei: qui christianis
tēporibus offendunt: q̄ta cœleritate tantoꝝ incēdia belloꝝ & excitata sunt & re-
pressa: cū antea & minimis causis magnæ ac diutinæ clades agitarēt: & nūc ma-
ximi undiq; cōstrepentes magnorū malorū fragores minimo negocio sopirentur.
Iam enī erat Romæ: quis psecutione uexāte ecclesia: quæ iudici oīum christo et
pro inimicis & psecutoribus supplicaret. Igit̄ Otho cū Galba & Pifone Romæ
interfectis iter tumultus cædesq; inuasisset imperiū: ac mox creatū impatorē in
Gallia p̄ Germanicas legiōes Vitelliū cōperisset: bellū ciuile mollitus tribus pri-
mū leuib⁹ p̄celiis: hoc est uno apud Alpes: alio circa Placētia: tertio circa locū
quē castoris uocāt: cōtra Vitellianos duces cōgressus uictor extitisset: q̄rto apud
Bebryacū p̄celio: cū aīaduertisset suos uinci. mense. iiii. q̄ impare cæperat sese in-
terfecit. Vitellius uictor Romā uenit: ubi cū multa crudeliter ac nequiter age-
ret: incredibili etiam uoracitatis appetitu hūmanam uitam probris aggrauaret.

LIBER SEPTIMVS

Postq̄ de Vespasiano comperit: primum deponere est mollitus imperium: postea a quibusdam animatus Sabinū Vespasiani fratrem nihil mali tum suspicantem cum cæteris Flauianis in Capitoliū compulit: succensoq; templo & mixta simul flāma ruinaq; omnes in unum pariter interitū ac tumultū dedit. Post deficiente in Vespasiani nomē exercitu suo destitutus: appropinquātibus iam hostibus trepidus: cum se in quandā cellulam proximā pallatio cōtrusisset. Turpissime inde protractus: cum per uiam sacram nudus duceretur: passim cunctis finium in os eius cōiectantibus in forum deductus. viii. q̄ regnum præsumpserat mense apud Gemonias scalas minutissimoz̄ ictuum crebris cōpunctionibus excarnificatus atq; inde unco tractus & in Tyberimmersus etiam cōmuni caruit sepultura. Multis autē & nefariis modis per cōplures dies a Vespasianis militibus aduersum senatum populumq; Romanū indiscreta cæde sæuitum est. Anno ab urbe condita. dccc. xxv. breui illa quidē: sed turbida tyrānorum tempestate discussa: tranquilla sub Vespasiano duce serenitas rediit. Nāq; ut paulo altius repetā Iudæi post passionē christi destituti in totum gratia dei: cum omnibus undiq; malis circūuenirentur: quidam in Carmellum montem seducti fortibus quæ portēderent: exortos a Iudæa duces rerum potituros fore: bellum ad se trahentes in rebellionem exarserunt. Extinctisq; Romanis præsiidiis: legatum quoq; Syriæ suppetias ferentem: rapta aquila & cæsis copiis fugauerūt. Ad hos Vespasianus a Nerone missus Titum filium suum maiorē inter legatos habuit. Nam multas & uarias legiones secum in Syriam traiecit.

Hic dicitur ubi Hierosolyma euersa est a Vespasiano & Tito Iudæi capti uel interfecti sunt.

Itaq; cū Iudæos multis eorum oppidis captis in urbē Hierosolymoz̄ præcipue ob diē festum cōgregatos obsidione clausisset: cognita Neronis morte: hortatu plurimoz̄ regū & ducū maxime Iosephi Iudæorum ducis sentētia: qui captus cū in uincula coniceret̄: cōstantissime dixerat: sicut Suetonius refert cōtinuo se ab eodē: sed impatore soluendum: imperiū adeptus est. Relictoq; in castris ad p̄curationē obsidionis Hierosolymoz̄ filio Tito per Alexandriā p̄fectus est Romā. Sed cognita interfectione Vitellii paulisper Alexandriæ substitit. Titus uero magna ac diuturna obsidione Iudæos premens machinis cūctisq; bellicis molibus nō sine suorū multo sanguine tandē muros ciuitatis irrupit. Sed ad expugnandā interiorē tēpli munitiōnē quā inclusam multitudo sacerdotū ac principū tuebat̄: maiore ui & mora opus fuit. Quod tamē postq̄ in potestatē redactum ope & antiq̄tate suspexit: diu deliberauit: utrū tāq̄ incitamentū hostiū incenderet: an in testimoniū uictoriæ reseruaret: sed ecclesia dei iam per totū orbē uberrime germināte: hoc tāq̄ effectum ac uacuum: nulliq; usui bono cōmodum arbitrio dei auferendū fuit. Itaq; Titus impator pronuntiatus ab exercitu tēplum in Hierosolymis incēdit ac diruit: quod a diē cōditionis prima usq; ad diē euersionis ultimā māserat annis. M. c. ii. Muros urbis uniuersos solo adæquauit. dc. M. Iudæoz̄ eo bello it̄fecta Cornelius & Suetonius referūt. Iosephus uero Iudæus: qui ei tūc bello præfuit: & apud Vespasianū pp̄ prædictum imperiū ueniā gratiamq; meruerat: scribit undecies centena. M. Iudæoz̄ gladio & fame perisse. Reliquias uero Iudæoz̄ diuersis actas cōditionib;

toto orbe dispersas: quarum numerus ad nonaginta. M. hominum fuisse narratur. Vespasianus autem & Titus imperatores magnificum agentes de Iudæis triumphum urbem ingressi sunt. Pulchrum & ignotum ante cunctis mortalibus inter. ccc. xx. triumpfos: qui a conditione urbis usque in id tempus acti erant: hoc spectaculum fuit: patrem & filium uno triumphali curru uectos gloriosissimam ab his qui patrem & filium offenderant: uictoriam reportasse. Qui continuo omnibus bellis ac tumultibus domi forisque compressis pacem totius orbis pronunciauerunt: & Ianum geminum obseratis cohiberi claustris: sextum demum ipsi post urbem conditam censuerunt. Iure enim idem honos ultioni passionis domini impensus est: qui etiam natiuitati fuerat attributus. Tunc deinde sine ullis belloque tumultibus in imensum respublica humana prouehitur. Siquidem Achaia: Lycia: Rhodus: Byzantium: Samos: Thracia: Cilicia: Comagene tum primum redactae in prouincias: Romanis iudicibus legibusque paruerunt. Nono autem imperii eius anno tres ciuitates Cypri terrae motu corruerunt: & Romae magna pestilentia fuit. Vespasianus autem in uilla propria circa Sabinos. ix. anno principatus sui profluuium uentris mortuus est. Anno ab urbe condita. dccc. xxxiiii. Titus segregatis a numero principum Othone & Vitellio ab Augusto octauus biennio post Vespasianum regnauit. Cuius tanta tranquillitas in impio fuit: ut nullus omnino sanguinem in re publica administranda fudisse referatur. Et tamen tunc Romae orto repente incendio plurimae aedes publicae crematae sunt: abruptum tunc etiam Vesuuii montis uerticem magna profudisse incendia ferunt: torrentibusque flammis uicina regionis cum urbibus hominibusque delesse. Titus cum ingenti omnium luctu in eadem uilla qua pater eius morbo absumptus est.

Domitianus hic secundam persecutionem fecit in christianos.

a Nno ab urbe condita. dccc. xxxv. Domitianus Titus frater ab Augusto nonus fratri successit in regnum. Qui per annos. xv. ad hoc paulatim per omnes scelerum gradus creuit: ut confirmatissimam toto orbe christi ecclesiam: datis ubique crudelissimae persecutionis edictis conuellere auderet. Is in tanta superbia prolapsus fuit: ut dominum ac deum sese uocari: scribi: colique iusserit: nobilissimos et senatu inuidiae simul ac praedae causa alios palam interfecit: alios in exilium trussit: ibique impauit trucidari. Libidinis intemperantia quicquid cogitari potest. fecit. plurimas urbis aedes destructis populi Romani propriis rebus extruxit. Bellum aduersum Germanos & Dacos per legatos gessit pari reipublicae perniciem: cum & in urbe ipse senatum populumque laniaret: & foris malum circumactum exercitum assidua hostes caede conficeret. Nam quanta fuerint Diurpaneus dacorum regis cum Fusco duce praecelae. quantaque Romanorum clades longo textu euoluerent: nisi Cornelius tacitus: qui hanc historiam diligentissime contexit: de reticendo interfectorum numero & Salustium Crispum & alios auctores quam plurimos sanxisse: & seipsum quidem potissimum elegisse dixisset. Domitianus tamen prauissime elatus iactantia sub nomine superatorum hostium de extinctis legionibus triumphauit. Idemque efferatus superbia: qua se deum coli uellet: persecutionem in christianos agi secundus a Nerone impauit. Quo tempore etiam beatissimus Iohannes apostolus in Pathmo insula fuit. Inter Iudaeos quoque acerbitate tormentorum & crudelissimae quaestionis exquiri genus Dauid: atque interfici praecipit: dum prophetae sanctis & inuidetur & creditur: quasi adhuc futurus esset ex semine Dauid: qui regnum posset adipisci. Continuo tamen

LIBER SEPTIMVS

Domitianus crudeliter in palatio a suis interfectus est: cuius cadauer populari sandapila per uespiliones exportatum atq; ignominiosissime sepultum est. Anno ab urbe cōdita. dccc. xlvj. quibus Eutropius. l. hunc esse annū scripserit. Nerua admodum senex a Petronio præfecto prætorio & Parthenio Spadone interfectore Domitiani impator decimus ab Augusto creatus Traianū in regnū adoptauit: per quē reuera afflictæ reipu. diuina p̄uisio cōsuluit. Hic primo edicto suo cunctos exules reuocauit. Vnde & Ioānes apostolus hac generali indulgētia liberatus Ephesum rediit. Emensoq; anno impii sui Nerua cōfectus morbo diē obiit.

Hic dicitur de Traiano.

a Nno ab urbe condita. dccc. xlvj. Traianus genere Hispanus. xi. ab Augusto reipu. gubernacula Nerua tradēte suscepit: ac per ānos. xix. tenuit. Apud Agrippinam Galliæ urbē insignia sumens imperii mox Germaniā trans Rhenū in pristinū statum reduxit. trans Danubiū multas gentes subegit. Regiones autem trans Euphraten & Tigrim sitas prouincias fecit. Seleuciam & Ctesiphontē & Babylonē occupauit. In persequendis christianis errore deceptus tertius a Nerone cū passim repertos cogi ad sacrificandū idolis ac detractantes interfici præcepisset: plurimiq; interficerent: Plinii secūdi qui inter cæteros iudices p̄secutor datus erat: relatu admonitus: eos hoīes præter cōfessionē christi honestaq; cōuenticula: nihil cōtrariū Romanis legibus facere: fiducia sane innocētis cōfessionis nemini mortē grauē ac formidolosam uideri: rescriptis ilico leuioribus tēperauit edictum. Verūtāmē cōtinuo Romæ aurea domus a Nerone tot priuatis publicisq; reb; impensis cōdita repētino cōflagrauit incēdio: ut intelligeretur missa etiā ab alio p̄secutio in ipsius potissime monumētis: a quo primū exorta esset: atq; in ipso auctore puniri. Terræmotu. iiii. urbes Asiæ subuersæ Helea: Myrma: Pythane: Cynie: & Græciæ ciuitates duæ Pynthoriū & orthoriū. Tres Gallaciæ ciuitates eodē terræmotu dirutæ. Pantheon Romæ fulmine cōcrematū: terræmotus Antiochiā pene totā subruit ciuitatē. Incredibili deinde motu sub uno tpe uideri: quasi rabie efferati per diuersas terrarū ptes exarserūt: nā & per totā Libyā aduersus incolas atrocissima bella gesserūt: Quæ adeo tūc interfectis cultoribus desolata est: ut nisi postea Hadrianus imperator collectas illuc aliūde colonias deduxisset: uacua penitus terra abrafo habitatore māssisset. Aegyptū uero totā & Cyrenē & Thebaidam cruētis seditionibus turbauerunt. In Alexādria aut cōmissō proelio uicti & attriti sunt: in Mesopotamia quoq; rebellantib; iussu impatoris bellū illatū est. Itaq; multa. M. eorū uasta cæde deleta sunt. Sane Salaminā urbē Cypri: interfectis oibus accolis: deleuerūt. Traianus: ut qdē ferūt: apud Syleuciā Isauriæ urbē p̄fluuiō uētris extinctus est. Anno ab urbe cōdita. dccclxvii. Adrianus cōsobrinæ Traiani filius. xii. ab Augusto principatū adeptus uno & .xx. ānis impauit. Hic p̄ Quadratū discipulū apostolorū & Aristidē Atheniēsem uirū fide & sapiētia plenū & p̄ Serenū graniū legatū libris de crastina religiōe cōpositis instructus atq; eruditus præcepit p̄ epistolā ad Minutiū fundaniū p̄cōsulē Asiæ datā ut nemini liceret christianos sine obiectu criminis: aut p̄batiōe dānare. Idē quoq; cōtinuo p̄ priā in senatu ultra morē maiorū appellat: & uxor eius Augusta. Andrianus rēpublicā iustissimis legib; ordinauit: bellū cōtra Sauromatas gessit: & uicit. Iudæos sane p̄turbatione scelerum

suorum exagitados: & Palestinā puinciā quondā suā depopulantes ultima cæde pdomuit: ultusq; est christianos: quos illi Cotheba duce quod sibi aduersus Romanos nō assentarent: excruciabāt. Præcepitq; ne cui Iudæo introeūdi in Hierosolymā esset licētia: christianis tantū ciuitate permissa: quā ipse in optimū statum muroꝝ extructione reparauit: & Aeliā uocari de prænomine suo præcepit.

Quartam hic persecutionem christianorum ab Antonio factam refert.

Nno ab urbe cōdita. dcccclxxxix. Antonius cognomēto Pius. xiiii. ab
 a Augusto impator creatus cū liberis suis Aurelio & Lucio. xx. & non
 plenis tribus annis rempublicā gubernauit adeo tranquille & sancte:
 ut merito Pius & pater patriæ noiatus sit. Huius tamē tpibus Valentinus Hæ/
 resiarthes & Credo magister Martionis Romā uenerūt. Verꝝ Iustinus philoso/
 phus librum pro christiana religione cōpositum Antonio tradidit: benignumq;
 eum erga christianos hoies fecit. Antonius ad duodecimū ab urbe lapidē mor/
 bo correptus interiit. Anno ab urbe condita. dccccxi. Marcus Antonius Verus
 .xiiii. ab Augusto regnū cum Aurelio Commodo fratre suscepit: mansitq; in eo
 annis. xiiii. Hi primi rempublicā æquo iure tutati sunt. Bellū deinde cōtra Par/
 thos admirabili uirtute & fœlicitate gesserunt. Annius Antonius Verus ad id
 bellum pfectus est. Vologessus enim rex Parthoꝝ graui eruptione Armeniam
 & Cappadociā Syriamq; uastabat. Sed Antonius per strenuissimos duces ma/
 gnis rebus gestis. Seleuciā Assyriæ urbē super Ydaspem fluuiū sitam cū. cccc.
 .M. hominū cepit: & cum fratre de uictoria Parthica triumphauit: ac nō multo
 post dum cū fratre in uehiculo sederit: casu morbi: quē apoplexiā Græci uocāt:
 suffocatus interiit: Quo defuncto Marcus Antonius solus reipublicæ præfuit:
 sed in diebus Parthici belli psecutiōes christianoꝝ. iiii. iam post Neronē uice in
 Asia & in Gallia graues præcepto eius extiterūt: multiq; sanctoꝝ martyrio co/
 ronati sunt. Secuta est lues plurimis infusa puinciis. totāq; Italiā pestilentia tāta
 uastauit: ut passim uillæ agri atq; oppida sine cultore atq; hītatore deserta in rui/
 nas siluasq; cōcesserint. Exercitū uero Romanoꝝ cunctasq; legiōes p longinqua
 late hyberna dispositas ita cōsumptas ferūt: ut Marcomānicū bellū: quod cōti/
 nuo exortum est nō nisi nouo delectu militū: quē triēnio iugiter apud Carnotū
 Marcus Antonius habuit: gestū fuisse referat. Hoc qdē bellū puidētia dei ad/
 ministratū esse cū plurimis argumētis: tum præcipue epistola grauissimi ac mo/
 destissimi impatoris aptissime declaratū est. Nam cū insurrexissent gētes imani/
 tate Barbaræ: multitudine innumerabiles: hoc est Marcomāni: Qualli Vuandali
 Sarmatæ Sueui: atq; omnis pene Germania: & in Qualloꝝ usq; fines pgressus
 exercitus: circūuentusq; ab hostibus pp aquarū penuriā potius sitis q̄ hostis peri/
 culum sustineret ad inuocationē noīs christi quā subito magna fidei constantia
 quidā milites effusi in preces palā fecerāt: tanta uis pluuiæ effusa est: ut Roma/
 nos quidē largissime ac sine iniuria refecerit: Barbaros aut crebris fulminū icti/
 bus pterritos: præsertim cū plurimi eoꝝ occiderent: in fugā coegerit. Quorum
 terga Romani usq; ad internitionē cædentes gloriosissimā uictoriā: & oibus pe/
 ne antiquoꝝ titulis præferendam rudi paruocq; militū numero: sed potentissimo
 christi auxilio reportarunt. Extare etiā apud plærosq; dicunt litteræ impatoris
 Antonii: ubi inuocatione noīs christi per milites christianos & sitim illā expul/

LIBER SEPTIMVS

sam & collatam fatetur fuisse uictoriam. Idemq; Antonius Commodum filium suum assumpsit in regnum. Præteriti etiam tēporis per omnes puincias tributa donauit: omniaq; simul fiscalium negotioꝝ calumniosa monumenta congesta in foro iussit incendi. Seueriusq; leges nouis cōstitutionibus temperauit. Postremo in Pannonia cōstitutus repentino morbo diem obiit.

Hinc dicit de flagitiis & malis: quæ gessit Cōmodus.

a Nno ab urbe condita. dcccc. xxx. Lucius Antonius Cōmodus. xv. ab Augusto patri successit in regnum: mansitq; in eo annis. xiii. & aduersus Germanos bellum feliciter gessit. Cæterum per omnia luxuriæ: & obscœnitatis dedecore deprauatus gladiatorii quoq; armis sæpissime in ludo depugnauit: & in amphitheatro feris sese obiecit frequenter: interfecit etiam q̄ plurimos senatores: maxime quos animaduertit nobilitate industriaq; excellere. Flagitia regis pœna urbis insequitur. Nam fulmine Capitoliū ictum: ex quo facta inflammatio Bibliothecam illam maiorꝝ cura studioq; compositā: ædesq; alias iuxta sitas rapaci turbine cōcremauit. Deinde aliud incendium postea Romæ exortū: ædem Vestæ & pallatium: plurimāq; urbis partem solo coæquauit. Commodus cunctis incōmodus in domo Vestiliani strangulatus interiisse fertur: hostis generis humani etiam uiuus iudicatus. Post hūc a senatu creatus est senex Aelius p̄tinax. xvi. ab Augusto: qui. vi. mense q̄ regnare cœperat: Iuliani iurisperiti scelere in pallatio occisus est. Iulianus interfecto p̄tinace inuasit imperiū. vi. mox a Seuerō apud pontē Miluium bello ciuili uictus & interfectus est mense. vii. Postq̄ cœperat imperare. Ita in pertinacem & Iulianum unus annus consumptus est.

Quintam persecutionem hic dicit a Seuerō factam.

a Nno ab urbe cōdita. dcccc. xliiii. Seuerus genere Apher Tripolitanus ab oppido Lepti: qui se ex nomine imperatoris quē occisum ultus fuerat: pertinacē appellati uoluit. xvii. ab Augusto destitutum adeptus imperium. x. &. vi. annis tenuit. Hic natura sæuus multis sæpe bellis laceffitus fortissime quidē rempublicam: sed laboriosissime rexit. Pescennium nigrum: qui ab Aegypto & Syria ad tyrannidem aspirauerat: apud Cyzicum uicit: & interfecit: Iudæos & Samaritas rebellare conātes ferro compescuit. Parthos & Arabas Adiabenosq; superauit. Quinta post Neronē persecutione christianos excruciauit: plurimiq; sanctorꝝ per diuersas puincias martyrio coronati sunt. Hanc p̄phanā in christianos & ecclesiā dei præsumptionē Seueri: cœlestis ultio euestigio acta subsequitur. Nam continuo rapitur: uel potius retrahitur in Galliam Seuerus e Syria ad tertium ciuile bellum. Iam enim unū Romæ aduersus Iulianū. Aliud in Syria cōtra Pescennium gesserat: tertium Diodius Albinus Iuliani in occidēdo pertinacē socius: qui se in Gallia Cæsarē fecerat: suscitabat: cuius bello multū utrinq; Romani sanguinis fufum est. Albinus tamen apud Lugdunū oppressus & interfectus est. Seuerus uictor in Britāniam defectu pene omnium sociorum trahitur: ubi magnis grauibusq; præliis sæpe gestis receptam partem insulæ a cæteris indomitis gētibus uallo distinguendam putauit. Itaq; magnā fossam firmissimūq; uallum crebris insuper turribus cōmunitū per. cxxxii. M. passuum a mari ad mare duxit. Ibiq; apud Eboracum oppidum morbo obiit: relinquens duos filios Bassianum & Getam. Quorꝝ Geta hostis publicus iudicatus interiit.

Bassianus uero Antonii cognomine assumpto regno potitus est. Anno ab urbe cōdita. dcccc. lxxvii. Aurelius Antonius Bassianus idēq; Caracalla. xviii. ab Augusto principatū adeptus est: māsitq; ī eo annis nō plenis septē. Vixit uero p̄e aspe- rior: oibus libidine intēperantior: qui etiā nouercā suā Juliā uxorē duxerit. Hic cōtra Parthos bellū molliēs inter Edessam & Caras ab hostibus circūuētus occi- sus est. Post hūc. xviii. ab Augusto Ophilus Macrinus: qui prāfectus pratorio erat cū filio Diadumeno inuasit imperiū: sed emenso anno cōtinuo apud Arche- laidē militari tumultu occisus est. Anno ab urbe cōdita. dcccc. lxx. Marcus Au- relius Antonius. xx. ab Augusto imperiū adeptus tenuit ānis. iiii. Hic sacerdos heliogaballi tēpli nullā sui nisi stuporē & flagitiorē totiusq; obscōnitas infamē- fatis memoriā reliquit. Tumultu autē militari exorto Romæ cum matre interfe- ctus est. Anno ab urbe cōdita. dcccc. lxxiiii. Aureli⁹ Alexāder. xxi. ab Augusto senatus ac militū uoluntate impator creatus. xiii. annis dignus equitatus prāco- nio fuit: Cuius mater Mamea christiana origenē presbyterum audire curauit. Nam statim expeditione in Persas facta Xerxem regem eorū maximo bello ui- ctor oppressit: Vlpiano usus assessore summā sui moderationē reipublicæ exhi- buit: sed militari tumultu apud Magentiacum interfectus est.

De sexta persecutione a Maximino facta.

a Nno ab urbe condita. dcccc. lxxxvii. Maximinus. xxii. ab Augusto nulla senatus uoluntate impator ab exercitu postq̄ bellum in Germa- nia p̄spere gesserat creatus p̄secutionē in christianos sextus a Nerone exercuit. Sed cōtinuo hoc est tertio q̄ regnabat anno a Pupieno aq̄leia interfectus: & p̄se- cutionis & uitæ finē fecit. Qui maxime p̄pter christianā Alexādri: cui successē- rat & Mameæ matris eius familiā p̄secutionē in sacerdotes & clericos: idest do- ctōres: uel prācipue p̄pter origenem presbyterē miserat. Anno ab urbe condita .dcccc. lxxxxi. Gordianus uigesimalis tertius ab Augusto impator creatus est: mansitq; in eo annis septē. Nam Pupeiēnus interfectōr Maximini: & frater eius Albinus qui usurpauerant imperiū: in pallatio mox interfecti sunt: Gordianus admodū puer in orientē ad bellū Parthicū p̄fectus: sicut Eutropius scribit: iam portas aperuit: quas utrū post Vespasianū & Titū aliquis clausit: neminē scri- psisse memini: cū tamē eas ab ipso Vespasiano post annū aptas Cornelius Tacit⁹ probet. Igitur Gordianus ingētibus p̄celiis aduersum Parthos p̄spere gestis suorū fraude haud longe a Cyrceſo sup Euphratē interfectus est.

Primum hic Philippus cum filio suo ambo christiani facti sunt.

a Nno ab urbe condita. dcccc. lxxxvii. Philippus. xxiiii. ab Augusto impator creatus Philippum filium suum cōfortē regni fecit mansitq; in eo annis. vii. Hic primus imperatorum omniū christianus fuit: ac post tertium imperii eius annum. M. a conditione Romæ annus impletus est. Ita ludis magnificis Augustissimis omniū prāteritorū hic natalis annus a chri- stiano imperatore cēlebratus est. Nec dubium est quin Philippus huius tan- tæ deuotionis gratiam & honorem ad Christum & ad ecclesiam reportarit: quando uel ascensum fuisse ab eo Capitolium immolataq; ex more hostias nullus auctōr ostendit. Ambo tamen quāuis diuersis locis tumultu militari & Decii fraude interfecti sunt.

LIBER SEPTIMVS

De septima persecutione facta a Decio.

a Nno ab urbe cōdita. M. iiii. Decius ciuilibus belli incētor & repressor: occisis Philippis. xxv. ab Augusto inuasit imperiū: tenuitq; annis tribus. idē cōtinuo in quo se etiā ob hoc Philippos interfecisse docuit: ad psequendos interficiēdosq; christianos. vii. post Neronē feralia dispfit edicta: plurimosq; sanctorū ad coronas christi de suis cruciatibus misit. Idemq; filiū suū Cæsarem legit: cum quo simul cōtinuo in medio Barbarorū sinu interfectus est. Anno ab urbe cōdita. M. vii. Gallus Hostilianus. xxvi. ab Augusto regnum adeptus uix duobus annis cū Volusiano filio obtinuit. Exoritur ultio uiolati nominis christiani: & quatenus ad pfligandas ecclesias edicta Decii cucurrerunt: eatenus incredibilium morborū pestes extenditur. Nam nulla fere puincia Romana: nulla ciuitas: nulla domus fuit: quæ nō illa generali pestilentia correpta atq; uastata sit. Hac sola pncie insignes Gallus & Volusianus: dum contra Aemilianum nouis rebus studentē bellum ciuile moliuntur: occisi sunt. Aemilianus tamē tertio mē se inuasæ tyrānidis extinctus est. Anno ab urbe condita. M. x. duo imperatores. xxvii. post Augustū loco creati sunt: Valerianus in Rhetia ab exercitu Augustus est appellatus. Romæ autē a senatu Galenus in regno infeliciter annis. xv. sublimatus respirante paulisper ab illa supra solitum iugi & graui pestilentia humano generi puocat penam suam obliuiosa malicia. Impietas enim flagella quidem excruciatia sentit: sed a quo flagellatur: obdurata nō sentit: Et ut de superioribus taceam: facta a Decio christianorum psecutione totum Romanum imperium pestilentia magna uexauit. Mentita est iniquitas sibi: prauo in perniciem suam circūuenta iudicio: pestilentia cōmunis casus esse accidentemq; ex mōrbis mortē naturæ finē esse nō pœnam. Rursus igitur atq; in breui irā dei sceleratis actionibus puocat: excepturus plagam: cuius aliquādo meminisse cogatur.

De octaua psecutione facta a Valeriano.

u Valerianus siquidē mox: ut arripuit imperiū: octaua sane Romæ psecutione adigi per tormēta christianos ad idolatriam: abnegantesq; interfici iussit fuso per oēm Romani regni latitudinē sanctorū sanguine. Valerianus ilico nefarii auctor edicti a sapore Persarū rege captus impator populi Romani ignominiosissima apud Persas seruitute consenuit: hanc infamis officii cōtinuā: donec uixit: damnationē sortitus: ut ipse accliuis regem humi semp ascensurum in equū nō manu sua: sed dorso attolleret. Et Galenus quidē tā claro dei iudicio territus tāq; misero collegæ p motus exemplo: pacē ecclesiis trepida satisfactione restituit. Sed nō compensat iniuriæ ultionisq; mensurā unius impii: quis ppetua & supra modū abomināda captiuitas cōtra tot. M. excruciatia sanctorū iustorūq; sanguis ad deū clamās: in eadē sese terra ubi fusus est uindicari rogat. Nō enim de solo cōstitutore præcepti iusto suppliciū iudicio flagitabatur: sed etiā executores: delatores: accusatores: spectatores: ac iudices: postremo q; iniustissimæ crudelitati uel tacita uoluntate assentabant: qa deus secretorū cognitor est: & quorū maxima per oēs puincias pars hominū uersabatur: eadē ultionis plaga corripit iustū erat. Soluuntur repēte undiq; pmissu dei ad hoc circūpositæ relictæq; gentes: laxatisq; habenis in oēs Romanorū fines inuehunt. Germani alpibus Rhetia totaq; Italia penetratis Rauēnam usq; pueniūt. Alemāni Gallias puagantes etiā

in Italiã tranſcũt. Græcia Macedonia Pontus & Aſia Gothorũ inũdatione delet. Nam dacia trans Danubiũ in ppetuũ aufertur. Quadi & Sarmatæ Pannonias depopulant: Germani ultiores abraſa potiunt. Hiſpania. Parthi Meſopotamiã auferũt: Syriãq; corradunt. Extant adhuc p diuerſas puincias in magnaũ urbiũ ruinis parua & paupes ædes: ſigna miſeriaũ: & nominũ indicia ſeruãtes: ex quibus nos quoq; in Hiſpania Taraconẽ noſtrã ad cõſolationẽ miſeriaũ recentis oſtẽdimus. Et ne qd forte Romani corporis ab hac dilaceratione ceſſaret: cõſpirant intrinſecus tyrãni: cõſurgũt bella ciuilia: fundit ubiq; plurimus ſanguis Romanorũ: Romanis Barbariſq; ſæuiẽtib; ſed cito ira dei in miſericordiã uertitur: & cceptæ ultionis maior forma q̄ pœna in menſurã plenitudinis reputat. Igit̄ primus Genuus: qui purpurã imp̄ii ſumpſerat: apud Myrſam occidit. Poſthumius in Gallia inuaſit tyrãnidẽ: multo quidẽ reipublicæ cõmodo. Nam p decẽ annos ingẽti uirtute ac moderatione uſus & dominãtes hoſtes expulit: & pditas puincias in priſtinã faciẽ reformauit: ſeditiõẽ tamẽ militũ it̄fectus eſt. Aemilianus apud Maguntiaũ: cũ res nouas moliret̄ oppreſſus eſt. Poſt mortẽ Poſthumii Marius ibidẽ inuaſit imperiũ: ſed cõtinuo it̄fectus eſt. Deinde Victorinus a Gallis ultro creatus poſt paululũ occiſus eſt. Huic ſucceſſit Tetricus: qui tunc aqtania præſidatus miniſtrabat officiuũ: multasq; ſeditiones militũ pertulit. At uero in oriente per Odenatũ quendã collecta agreſti manu uicti repulſiq; Perſæ: deſenſa Syria: recepta Meſopotamia eſt: & uſq; ad Cteſiphontẽ ruſticani Syriaẽ cũ Odenato uincẽdo uenerũt. Galenus aut̄ cum reipublicã deſeruiſſet: ac Mediolani libidinibus inſeruiret: occiſus eſt. Anno ab urbe cõdita. M. xxv. Claudius. xxviii. uolũtate ſenatus ſumpſit imperiũ. Statimq; Gothos iam p annos. xv. Illyricum Macedoniãq; uaſtantes bello adortus: incredibili ſtrage deleuit: cui a ſenatu clypeus aureus in curia: & in Capitolio ſtatua æque aurea decreta eſt: ſed continuo apud Syrmũ prius q̄ imperiũ expleret: morbo correptus interiit. Claudio mortuo Quintillius frater eius ab exercitu imp̄ator electus uir quidẽ moderationis unicæ: & ſolus fratri præferẽdus. xvii. imp̄ii die it̄fectus eſt. Anno ab urbe cõdita. M. xxvii. Aurelianus. xxix. imperiũ adeptus qnq; annis & .vi. menſibus tenuit: uir industria militari excellentiſſimus. Expeditiõẽ i Danubiũ ſuſcepta Gothos magnis præliis ſtrauit: ditionẽq; Romanã antiquis terminis ſtatuit. Inde in orientẽ cõuerſus Zenobiã: quæ occiſo Odenato marito ſuo Syriã receptam ſibi uendicabat prælii magis terrore q̄ prælio in poteſtatẽ redegit. Tertiũ in Gallia minime ſufficientẽ ſuſtinere ſeditiones militũ ſuorũ: ſcribentẽq; etiã me eripe his inuicte malis: ac p hoc pditorẽ exercitus ſui ſine labore ſupauit. Sic orientis & aqilonis receptor magna gloria triũphauit: urbẽ Romã muris firmiorib; cinxit.

De. ix. pſecutione p Aurelianũ in chriſtianos facta.

n Quiſſime cũ pſecutionẽ aduerſum chriſtianos agi. ix. a Nerone decerneret: fulmẽ ante eũ magno pauore circũſtãtiũ ruit: ac nõ multo poſt in itinere occiſus eſt. Anno ab urbe cõdita. M. xxxii. Tacitus. xxx. adeptus imperiũ ſexto mẽſe occiſus in Ponto eſt. Poſt quẽ Florianũ ptẽ regni in ſortẽ ferẽs: tertio demũ mẽſe apud Tharſum it̄fectus eſt. Anno ab urbe cõdita. M. xxxiii. Probus. xxxi. regnũ fortitus obtinuit annis. vi. & mẽſibus. iiii. Gallias iã dudũ a Barbaris occupatas p multa & grauia prælia deletis tãdẽ hoſtibus ad pfectũ li/

LIBER SEPTIMVS

beravit. Bella deinde ciuilia equidē plurimo sanguine duo gessit: unū in oriente: quo Saturninū tyrānide subnixū oppressit & cepit: aliud: quo proculū & bono sum apud agrippinam magnis proeliis superatos interfecit. Ipse apud Syrmīū in turre ferrata militari tumultu interfectus est. Anno ab urbe cōdita. M. xxxix. Carus Narbonensis. xxxii. suscepit imperiū ac biennio tenuit. Qui cum filios suos Carinum & Numerianum cōsortes regni efficeret bello Parthico: postquā duas nobilissimas Parthorū urbes Cothem & Ctesiphontem cepit: super Tigridem in castris fulmine ictus interiit. Numerianus: qui cum patre fuerat: rediēs fraude apri soceri sui interfectus est. Anno ab urbe cōdita. M. xli. Dioclitianus .xxxiii. ab exercitu impator electus annis uiginti fuit. Statimq; ut potestatis copiam habuit: Aprum interfectore Numeriani manu sua interfecit. Carinū deinde: quē Charus Cæsarem in Dalmatia reliquerat: flagitiose uiuentē: difficillimo bello & maximo labore supauit. Dehinc cum in Gallia Amandus & Aeliandus collecta rusticanorū manu: quos Vacaudas uocabāt: perniciosos tumultus excitauissent: Maximianū cognomento Herculum Cæsare fecit: misitq; in Gallias: qui facile agrestiuū hominū imperitā & confusam manū militari uirtute compefcuit. Deinde Carausius quidā genere quidē infimus: sed cōsilio & manu promptus: cum ad obseruanda oceanī littora: quæ tūc Franci & Saxones infestabant positus: plus in perniciē: q̄ in prouectum reipublicæ ageret: ereptam prædonibus prædam nulla ex parte restituēdo dominis: sed sibi soli uendicādo accēdens suspicionē: quia ipsos quoq; hostes ad incurfandos fines artificis negligētia permitteret: quamobrē est a Maximiano iussus occidi: purpurā sumpsit: ac Britannias occupauit. Igitur per omnes Romani imperii fines subitarū turbationum fragores cōcrepuerunt. Carausio rebellante in Britannia: Achilleo in Aegypto: cum & Aphricam. Quinquegentiani infestarent: Narseus etiam Rex Perlarum orientem bello premeret. Hoc periculo itaq; Dioclitianus permotus Maximianum Herculiū ex Cæsare fecit Augustum. Cōstantiū uero & Maximianū Galerium Cæsares legit. Constantius Herculi Maximi priuignam Theodoram accepit uxore: ex qua sex filios fratres Constantini sustulit. Carausius Britannia sibi per .vii. annos fortissime uendicata ac retenta: tandem fraude allecti socii sui interfectus est. Allectus postea ereptā Carausio insulam per trienniū tenuit: quē Asclepiodotus præfectus prætorio oppressit. Britāniamq; post decē annos recepit. Constantius uero Cæsar in Gallia primo proelio ab Alemānis pfligato exercitu suo uix ipse surreptus est: secūdo autem secuta est satis secunda uictoria: nā paucis horis. lx. M. Alemānorum cæsa referuntur. At Maximianus Augustus Quinquagētianos in Aphrica perdomuit. Porro autē Dioclitianus Achilleum obsessum per octo menses apud Alexādriam cœpit & interfecit. Sed immoderata uictoria usus Alexādriam direptioni dedit. Aegyptum totā proscriptionibus cædibus scædauit. Præterea Galerius Maximianus cū duobus iā proeliis aduersum Narseū cōfluxisset: tertio iter Gallienicū & Caras cōgressus & uictus amissis copiis ad Dioclitianū refugit. A quo arrogātissime exceptus est: ita ut per aliquot. M. passuū purpuratus ante uehiculum eius cucurrisse referat. Verūtamen hac cōtumelia quasi cote usus est ad uirtutē. per quā detrita regii fastus rubigine: aciem mentis expediit. Itaq; mox per Illyricum & Mœsiā undiq; copias cō-

traxit: raptimq; in hostē reuersus Narseum magnis cōsiliis ac uiribus superauit. Extinctisq; Persarū copiis: ipsoq; Narseo in fugam acto: castra eius inuasit. uxores: sorores: liberosq; cæpit: immensam uim gazæ Persicæ diripuit. captiuos q̄ plurimos Persarū nobilium abduxit. Reuersus in Mesopotamiā a Dioclitiano plurimo honore susceptus est. Postea per eosdē duces strenue aduersus Carpos Basternasq; pugnatum est. Sarmatas deinde uicerunt. Quorū copiosissimam captiuam multitudinē per Romanorū finium disperferunt præsidia.

Dioclitiani p̄secutio. x. loco post Neronē refertur.

i Nterea Dioclitianus in oriente. Maximianus Herculeus in occidente uastari ecclesias. affligi interficiq; christianos decimo post Neronem loco præceperunt: quæ p̄secutio omnibus fere ante actis diuturnior atq; immanior fuit. Nam per decē annos incendiis ecclesiarum. p̄scriptionibus innocentium. cædibus martyrum incessabiliter acta est. Sequitur terræmotus in Syria: ex quo apud Tyrum & Sidonem passim labētibus tectis: multa. M. hominum prostrata sunt. Secundo p̄secutionis anno Dioclitianus ab inuito exegit Maximiano: ut simul purpurā imperiūq; deponerent: ac iunioribus in rempublicam substitutis ipsi in priuato ocio cōsenescerēt. Itaq; sub una die Dioclitianus apud Nicomediam. Maximianus apud Mediolanum potestātē imperii simul cultūq; posuerunt. Galerius & Constantius Augusti primum Romanum imperium in duas partes determinauerunt. Galerius Maximianus Illyricum Asiā & orientē. Constantius Italiam Aphricā & Gallias obtinuit. Sed Constantius uir tranquillissimus Gallia tantum Hispaniaq; contentus Gallerio in cæteris partibus cessit. Galerius duos Cæsares legit: Maximum: quem in oriente cōstituit: & Seuerum cui p̄misit Italiam: ipse in Illyrico constitutus. Constantius uero Augustus summæ mansuetudinis & ciuilitatis in Britannia mortem obiit: qui Constantinum filium ex concubina Helena creatum imperatorē Galliarum reliquit. Anno ab urbe cōdita. M. lxi. Constantinus. xxxiiii. gubernacula imperii a Constantio patre suscepit: quæ uno & .xxx. annis sc̄elicissime tenuit. Occurritur mihi subito & tripudiis quibusdam insultatur. Eia inquit. tandem in foucas nostras diu expectate uenisti. Hic te decursurum opperiebamur. Hic delapsus opprimimus. Hic cōfusus tenemus: Sustinuimus te hæctenus artificiose quodā modo & calide: fortuitas tēporum mutationes christianorum ultionibus coaptantē. Interdum quidē uerisimilium specie permoti: utpote homines ignari diuinorum secretorum timore palluimus: sed nunc euacuauit Maximianus noster oēm sc̄enam fabulæ tuæ: nostræq; religionis antiquatæ columna inexpugnabilis fulsit. per annos decem euersæ sunt ecclesiæ uestræ: ut tu fateris. dilacerati cruciatibus. exinaniti mortibus toto orbe christiani. Tenemus euidēs testimoniū tuum. nullam superiorē p̄secutionē adeo uel grauem uel diuturnam fuisse. Et tamē ecce inter tranquillissima tēporum bona ipsorum quoq; impatorum: qui ista fecerūt inusitata sc̄elicitas: nulla domi fames. nulla pestilentia: nullum foris bellū nisi uoluntariū: quo exerceri uires nō periclitari quæant. Res præterea humano generi hucusq; incognita: multorū simul regum patiens consortium: & magna cōcordia potestasq; cōmunis. alias nunq̄ nisi nunc in cōmune p̄spiciens. Deinde etiā quod absq; ulla hæctenus mortaliū noticia est: impatores illi Maximi quippe & p̄secu-

LIBER SEPTIMVS

tores honore deposito & assumpta quiete priuati: quod beatissimū hoīes & sum-
mū bonū uitæ bonæ iudicāt. & hoc tūc uelut præmii loco auctores p̄secutionis
adepti sunt: quādo accensa p̄secutio medio sui tēpore toto orbe sæuiebat. An ēt
hanc beatitudinē illis t̄pibus p̄naliter accidisse asseris: & nos hinc quoq; terre-
re moliris: quibus humiliter respōderi: me plurima cura pietatis accinctū cōmone-
re de ueris. nō terrere de falsis: Decē p̄secutiones a Nerone usq; ad Maximianum
ecclesia christi passa est. Nouem ut ego dixi ultiones: ut ipsi nō negāt calamita-
tesq; e uestigiis cōsecutæ sunt. Nec in uerbo premor: uerū debitæ ultiones: an for-
tuitæ p̄mutatiōes fuisse uideant: quæ tamē meo suoq; testimonio clades fuerūt.
In decima hæsitatū putāt miseri & cæci nō uidētes tātō eā ipsis fuisse grauiorē:
q̄to minus intellecta est. Impius enim flagellat: & nō sentit: quod cum expositū
fuerit: inuiti licet propter ipsam regē fidem fatebuntur: quia ex illa Maximianæ
p̄secutionis maxima punitione ista sunt uulnera: quibus etiam nūc isti dolent
& intantū dolent. ut etiam clament: nosq; ad reclamādum laceſſant sollicitos fi-
eri: qualiter conticescant. In primo libello expositum a nobis est: Pompeiū Tro-
gum & Cornelium Tacitū cōmemorasse nō plene quidem: nostrum uero Moy-
sen etiam ipsorum testimonio fidelem fideliter sufficienterq; dixisse: Aegyptios
& regem eorū cum populum dei seruire intentum & paratum deo suo impediē-
dæ deuotionis instinctu: ad lutū palcasq; reuocarent. x. acerbissimis plagis fuisse
uexatos. Deinde uiolentia malorū edomitos nō solum coegisse festinantem. Sed
etiam ppriis suis argenteis & aureis uasis accumulauisse. Post uero oblitos pla-
gæ suæ & cupidos prædæ indebitæ: inuidos etiam religionis alienæ dum inno-
centes auide persequūtur: mari rubro ultimo receptos omnes funditus interisse.
Quod ego nunc refero ac renuncio. & si forte fide nō acceptatum: exitu tamen
probandum: quia hæc in figuram nostri facta sunt.

Hic dicitur q̄ populus dei cum in Aegypto affligitur decem plagis percussa
est Aegyptus & populus christianus dum. x. p̄secutionibus Romanis affligi-
tur. x. plagas acceperunt.

Terq; populus unius dei est. una populi utriusq; causa. Subdita fuit
Israelitarum synagoga Aegyptiis: subdita est christianorum ecclesia
Romanis. P̄secuti sunt Aegyptii Hebræos. P̄secuti sunt Romani
christianos. Decē ibi cōtradictiones aduersus Moysen. Hic decem edicta aduer-
sus christum. Diuersæ ibi plagæ Aegyptiorum. Diuersæ hic calamitates Roma-
norū. Nam ut etiam inter ipsas se plagas inquantū tamen figura formæ com-
parari potest conferam: ibi prima habuit correptio sanguinem uulgo uel ma-
nasse de puteis uel in fluminibus cucurrisse. Hic prima sub Nerone exegit pla-
gæ: ut ubiq; morientū sanguis uel morbis in urbe correptus: uel bellis in orbe
profusus esset. Ibi sequēs plaga prodidit perstreptentes: persultantesq; in penetra-
libus ranas inedia propemodum causam habitatoribus atq; exilii fuisse. Hic se-
quens sub Domitiano p̄na similiter ostendit Satellitum militūq; eius impro-
bis effrenatisq; discursibus cruentissimi iussa principis exequētū ad inopiā per
oēs ciues Romanos adactos exilioq; dispersos. Ibi tertia uexatio habuit scinifi-
ces musculas scilicet paruissimas ac sæuissimas: quæ mediis sæpe æstibus p̄ loca
squalida se coadunādo & uibrādo densatæ: nōnullo uolatu allabi solent capillisq;

hominū ac pecudum fetis cū urente morſu interſeri. Hic itidem tertia ſub Traiano plaga Iudæos excitauit: qui cū antea ubiq; diſperſi ita: iam quaſi nō eſſent: quieſcerēt: repētino oēs calore p̄moti in ipſos: inter quos erant: toto orbe ſæuierunt abſq; magnis multaq; urbium ruinis: quas crebri terræmotus iisdem tēporibus ſubruerūt. Ibi in quarta plaga muſcæ caninæ fuerunt: reuera alumnæ putredinis uermiūq; matres. Hic itidē quarta ſub Marco Antonio plaga lues plurimis infuſa p̄uinciis Italiam quoq; cū urbe Roma uniuerſa exercitiūq; Romanum per longinquos limites & diuerſa hyberna diſperſum in mortē diſſolutum putredine ſimul ac uermibus dedit. Ibi quinta correptio pecoræ ac iumentorū repentinō interitu expleta eſt. Hic ſimiliter quinta ultione ſub p̄ſecutore. Seuero creberrimis ciuilibus bellis p̄pria uiſcera & adiuuētā reipublicæ: hoc eſt plæbs p̄uinciarū & legiones militū cōminutæ ſunt. Ibi ſexta uexatio intulit ueſicas efferueſcentes ulceraq; manātia. Hic æque ſexta punitio: quæ poſt Maximini p̄ſecutionē fuit. qui ſpāliter episcopos clericos omiſſa turba populari. Hoc eſt eccleſiarū primates trucidari impauerat: intumeſcens crebro ira atq; inuidia non per uulgi cædē: ſed per uulnera mortelq; principū ac potentiū exaltata eſt. Ibi ſeptima plaga numerat̄ coactō aere grādo p̄fuſa quæ hominibus iumentisq; ac ſatis exitio fuit. Hic ſimiliter .vii. plaga ſub Gallo & Voluſiano: qui p̄ſecutori Decio mox interfecto ſucceſſerāt plaga extitit corrupto aere peſtis infuſa: quæ per oīa Romani regni ab oriente in occidentē ſpatia cum omne p̄p̄modū genus hominum & pecudū neci dedit: tum etiā corrupit lacus infecit p̄abula tabo. Ibi octauam Aegypti contritionē fecere excitatæ undiq; locuſtæ tenentes ac terentes tergentesq; omnia. Hic .viii. æque ſubuerſionē Romani orbis excitatæ undiq; intulere gentes: quæ cædibus atq; incendiis cunctas p̄uincias deleuerunt. Ibi nona turbatio diurnas & craſſas ac pene tractabiles tenebras habuit: plus oīno periculi cōminata q̄ fecit. Hic itidem .ix. correptio fuit: cum Aureliano p̄ſecutionē decernētī diris turbinibus terribile ac triſte fulmen ſub ipſius pedibus ruit: oſtēdens: quid cum ultio talis exigeretur: tantus poſſet ultor: niſi & clemens eſſet & patiens: quāq; intra ſex abhinc menſes ſuccidui tres imperatores: hoc eſt Aurelianus Tacitus & Florianus diuerſis cauſis interfecti ſunt. Ibi poſtremo .x. plaga: quæ & nouiſſima omniū fuit. interfectio filiorū: quos primos quippe genuerant. Hic nihilominus .x. id eſt nouiſſima p̄cena omniū idolorū perditio eſt: quæ primitus facta in primis amabant. Ibi rex potentiam dei ſenſit. probauit. & timuit: ac per hoc populum dei liberum abire permisit. Ibi nūq; populus dei poſtea ad ſeruitutem retractus. Hic nunq; populus dei ad idolatriam coactus eſt. Ibi Aegyptiorum uafa præcioſa Hebræis tradita ſunt. Hic in eccleſias chriſtianorum præcipua paganorū templa ceſſerunt. Sane illud ut dixi denunciandum puto quia ſicut Aegyptiis poſt has .x. plagas dimiſſos Hebræos perſequi molientibus irruit per ſupinductum mare æterna perditio: ita & nos libere quidē peregrinantes ſupuentura quādoq; perſecutio gentilium manet: donec mare rubrum hoc eſt ignē iudicii ipſo domino noſtro Ieſu chriſto duce & iudice tranſeamus. Hi uero in quos Aegyptiorū forma tranſfunditur: ad tēpus potestate permiſſa ſæuientes grauiffimis quidē permiſſu dei chriſtianos cruciatibus perſequuntur. Verūtamen iidem omnes inimici chriſti cum rege ſuo antichriſto accepto ſigno

LIBER SEPTIMVS

ignis æterni: in quẽ magna impediẽte caligine dum nõ uidetur intrant: ppetuã pditionẽ imortalibus arsuris suppliciiis sortient. Igitur mortuo: ut dixi: Constantino in Britannia Constantinus impator est creatus primus imperator christia- nus: excepto Philippo: qui christianus annis admodũ paucissimis ad hoc tantũ cõstitutus fuisse mihi uisus est: ut. M. Romæ annus christo potius: q̃ idolis dica- retur. A Constantino aut̃ semp̃ oēs christiani impatores usq; in hodiernum diẽ creati sunt: excepto Iuliano: quẽ impia ut aiũt machinãtẽ: exitialis uita deseruit. Hæc est lenta illorũ paganorũ pœna: sed certa. Hinc sani insaniũt. Hinc nõ uul- nerati cõpungunt. Hinc ridẽtes gemũt. Hinc uiuẽtes deficiũt. Hinc secreto ex- cruciant: quos nemo psequit. Hinc iã paucissimi remãserunt: qui nõq; aliquo p- sequẽte puniti sunt. Verũtamẽ qualis tunc psecutores illos: de quorũ impunitate nõ solum gloriari: sed etiã insultare conant: finis mansit: expediã. Constantino in Gallis strenuissime rẽp. pcurãte prætoriani milites Romæ Maxentiũ filiũ Her- culii: qui priuatus in Lucania morabat: Augustũ nuncupauerũt. Maximianus Herculius iam ex Augusto priuatus: & adhuc publicus psecutor occasione filii sollicitatus: qui imperiũ abiecerat: arripuit tyrãnidẽ. Galerius Augustus Seuerũ Cæsarẽ aduersus Maxentiũ Romã mittit cũ exercitu. Seuerus cũ urbẽ obside- ret militũ suorũ scelere desertus & pditus atq; ex eo fugiẽs Rauẽnã interfectus ẽ. Herculius psecutor & ex Augusto tyrãnus cõfirmatũ iã in impio filiũ ueste ac- ptãte regia spoliare conatus est. Cõuiciis aut̃ ac tumultib; militũ palã cõterritus in Galliã pfectus est: ut Cõstantino genero æq; dolis iunctus auferret impiũ. sed per filiã deprehẽsus & pditus: deinde in fugã uersus Massiliã oppressus & inter- fectus est. Porro Galerius occiso Seuero Lyciniũ impatorẽ creauit. Cũq; psecu- tionẽ a Dioclitiano & Maximiano missã ipse atrocioribus edictis accumula- uisset: ac postq; per annos. x. omni genere hoĩum exhausit puincias: putrefacto introrsum pectore: & uitalib; dissolutis: cũ ultra horrorẽ humanã miserĩe etiã uermes eructaret: mediciq; ultra iam fetorẽ nõ ferẽtes crebro iussu eius occide- rentur: a quodã medico cõstantiã ex desperatione sumente increpitus irã dei esse pœnã suam: atq; a medicis ideo nõ posse curari edictis late missis christianos de- exiliis reuocauit. Ipse aut̃ cruciatus nõ sustinẽs uim uitã suã attulit. Ita tũc res- publica sub nouis. iiii. principib; fuit. Costantino & Maxẽtio filiis Augustorũ: Lycinio aut̃ & Maximino hoibus nouis. Cõstantinus pacẽ ecclesiis post. x. an- nos: quã a psecutoribus uexabant: indulxit. Deinde inter Constantinũ & Maxẽ- tium bellũ ciuile exortũ est. Maxẽtius sæpe multis præliis fatigatus ad pontem Miluiũ ultimo uictus & interfectus est. Maximinus psecutionis christianorũ in- centor executorq; infestissimus apud Tharsum: dum ciuile bellũ cõtra Lyciniũ disponit: interiit. Lycinius repẽtina rabie suscitatus oēs christianos e palatio suo iussit expelli. Mox bellũ inter Lyciniũ ipsum & Cõstantinũ efferbuit. Sed Cõstã- tinus Lyciniũ sororis suã uirũ in Pãnonia primũ uicii. Deinde apud Ciualas op- pressit. Vniuersa Grãcia potitus Lyciniũ crebris bellis terra mariq; assurgẽtẽ & repressũ: tadẽ ad deditionẽ coegit. sed Herculiũ Maximiani soceri sui mot; exẽ- plo: ne itẽ depositã purpurã i pnciẽ reip. sumeret: priuatũ iussit occidi: cũ oi- bus iã ministris nefariã psecutiõis extinctis: hunc quoq; inq̃tũ exercere potuit: psecutionẽ digna punitio flagitaret: Cõstãtini filii Crispus & Cõstãtinus & Ly-

cinius adolescēs Lycinii Augusti filius: Constantini autē ex sorore nepos Cæsares sunt creati. His dieb9 Arrius Alexādrinæ urbis presbyter a ueritate fidei catholice deuiās: exitiale plurimis dogma cōstituit. Qui primū simul ut Alexandriae uel notus uel notatus inter confusos uulgo sectatores insectatoresq; factus est: ab Alexādō eiusdē urbis tūc episcopo pulsus ecclesia est. Cūq; hoies: quos i errore seduxerat ēt in seditionē excitaret apud Niceā urbē Bithyniæ cōuētus. cccxviii. episcopoz factus est: p quos Arrianū: dogma exitiale & miserū est euidentissime deprehēsum palā pditū ac reprobātū est. Sed inter hæc latēt causæ: cur uindicē gladiū & destinātā i impios punitionē Cōstātinus impator ēt in pprios egit affectus. Nam Crispū filiū suū & Lyciniū filium sororis suæ iterfecit. Præterea multas gētes diuersis proeliis subegit. Urbē noie suo Romanoz regū uel primus uel solus instituit: Quæ sola exps idoloz ad hoc breuissimo tpe cōdita a christiano impatore puecta est: ut sola Romæ tot sæculis miserisq; puectæ: forma & potētia merito possit æquari. Tum deinde primus Cōstātinus iusto ordine & pio uicem uertit edicto: siqdē statuit citra ullam hoium cædē paganoz tēpla claudi.

Hic Constantinus impator iubet tēpla claudi.

Ox Gothoz fortissimas & copiosissimas gētes in ipso barbarici soli sinu: hoc est in Sarmataz regiōe deleuit. Calocherz quēdā i Cypro aspirantē nouis reb9 oppressit. tricēnalib9 suis Dalmatiū Cæsare legit. Cūq; bellū in Persas molliret in uilla publica iuxta Nicomediā: dispositā bene rēpublicā filiis tradens diē obiit. Anno ab urbe cōdita. M. lxxxvii. Cōstātinus. xxxv. cū Cōstātinio & Cōstante fratribus suis adeptus impiū. xxiiii. annis tenuit. Fuit autē inter successores Cōstātini & Dalmatius Cæsar frīs filius. sed cōtinuo militari factione decerptus est. Interea maligna semp aduersus deū uerz insectatio diaboli: quæ ab initio mūdi usq; ad nūc a sincero tramite fidei religionisq; infusis errorz nebulis lubrica hoium corda pturbat: postq; christianis impatorib9 summā regiaz potestatis in meliora uertētib9 ecclesiā christi zelo idolatriæ pseq destitit: aliud machinamentū: quo p eosdē christianos impatores christi ecclesiā uexaret: inuenit. Fit igit Arrio noui erroris auctori cæterisq; discipulis ipsius ad familiaritatē Cōstātinii impatoris pmptus aditus & facilis uia. suadet Cōstātinio: ut quosdā in deo gradus credat. & qui p ianuā ab errore idolatriæ fuerat egressus: reuersus in sinum eiusdē in deo deos quærit & tāq; p Pseudotyrū inducit. Peruerso igit zelo potestas armat illusa. & sub noie pietatis uis psecutiōis agit. De noui nois electiōe cōtendit: ut Arrianoz potius ecclesiæ q; catholicoz sint. Seqt terræmotus horribilis: q plurimas oriētis urbes solo strauit. Constantius dū Cōstantē fratrem bello insectat: incauta petulātia piculis sese offerēs a ducibus eius occisus est. Cōstans aduersus Persas & saporē: qui Mesopotamiā uastauerat nouē proeliis paz pspe decertauit. Seditione nouissime atq; intēperātia militū nocte adoriri pugnā coactus: patratā pene uictoriā insup uictus amisit. Postq; se Cōstans intolerādis uitiis dedisset: ac pœna puincialiū fauorē militū cōpararet: Magnētii dolis in oppido cui Helena nomē est in pximo Hispaniæ interfectus est. Magnētius enim apud Augustudunū arripuit impiū: quod cōtinuo p Galliā & Aphricā Italiāq; porrexit. In Illyrico autē ueteranionē ætate grādæuū impatorē sibi milites creauerūt: uirū natura simplicē: cunctisq; iocūdū: sed qui ne prima qdē unq litteraz

LIBER SEPTIMVS

elementa didicisset. Itaq; cū primas litteras: litterarūq; syllabas imperator senex
 interdū inuitus meditare: a Constantio: qui tunc in Magnentiū ultione fratris
 accensus bellū parabat: deponere iussus: imperiū abiiciēs cum litteris purpuras:
 cōtentusq; priuatis feriis: palatium simul scholamq; dimisit. Nepotianus deinde
 Romæ Cōstantini sororis filius: gladiatorū manu fretus inuasit imperiū: qui dein
 de cū improbus ac per hoc inuisus cunctis esset: a Magnētianis ducib; oppressus
 est. Sequit' bellum illud horribile inter Cōstantiū Magnētiūq; apud Nursiā
 urbē gestū: in quo multa Romanorū uirium pfligatio etiā in posterum nocuit.
 Magnētius tamē uictus aufugit: ac nō multo post apud Lugdunū ppria se ma
 nu interfecit. Decentius quoq; frater eiusdē: quē Cæsarē Gallis præfecerat: apud
 Senonas laqueo uitā finiuit. Cōstantius cōtinuo Gallū patruī filiū Cæsarē legit:
 quē rursus crudeliter ac tyrānice agentē paulo postq; creauerat: occidit. Siluanū
 quoq; per Gallias rebus nouis iuhiantē mature circūueniendū opprimendumq;
 curauit. Igitur Siluano interfecto Iulianū patruēlem suū Galli fratrem Cæsarem
 creatū misit ad Gallias. Itaq; Iulianus Cæsar euersas oppressasq; ab hostib; Gal
 lias strenuissime integrū restituit. Alemānorū paruis copiis magnā multitudinē
 fudit. Rheno Germanos reuinxit. His elatus successibus fastigiū usurpauit Au
 gusti & mox Italiā Illyricumq; puadens Constantiū Parthicis præliis occupatū
 regni parte priuauit. Cōstantius Iuliani scelere cōperto: dimissa expeditiōe Par
 thorū dum ad ciuile bellū reuertit' in itinere inter Ciliciā Cappadociāq; defun
 ctus est. Ita ille qui discissa pace & unitate fidei catholicæ christianos aduersus
 christianos amās ciuili: ut ita dicā: bello ecclesiæ mēbra dilacerauerat: totū inq;
 tum tēpus impii sui molestūq; spatiū uitæ suæ bellis ciuilib; etiā per ppinquos
 & cōsanguineos excitatis exercuit. exegit: expedit. Anno ab urbe cōdita. M. xvi
 Iulianus iādudū Cæsar: post aut. xxxvi. ab Augusto regno potitus anno uno &
 mēsis octo impii summā solus obtinuit. christianā religionē arte potius q̄ po
 testate infectatus: ut negaret' fides christi & idolorū cultus susciperet': honoribus
 magis puocare: q̄ tormētis cogere studuit. Apto tamē præcepit edicto neq; chri
 stianus docēdorū liberaliū studioꝝ p̄fessor esset. Sed tamē sicut a maiorib; nris
 cōpertū habemus: oēs ubiq; ppemodū præcepti cōditiones amplexati: officiū: q̄
 fidē deserere maluerunt. Iulianus aut' bellū aduersus Parthos parās cū Romanas
 uires cōtractas undiq; ad destinatā secū retraheret p̄ditionē: christianorū sangui
 nem diis suis uouit: palā p̄secuturus ecclesias si uictoriā potuisset adipisci. Nā &
 amphithearū Hierosolymis extrui iussit: in quo reuersus a Parthis episcopos: mo
 nachos: omnesq; eius loci sanctos bestiis etiā arte sæuiorib; obiiceret. spectaretq;
 laniādos. Ita postq; a Ctesiphonte castra mouit: dolo cuiusdā transfugæ in deserta
 p̄ductus: cū uisit' & ardore solis atq; insup labore harenarū cōfectus p̄iret exer
 citus: impator tanto rez piculo anxius: dum per uasta deserti incautius euagat':
 ab obuio quodā hostiū equite cōto ictus iteriit. Sic misericors deus impia cōsi
 lia impii morte dissoluit. Anno ab urbe cōdita. M. lxxxvii. Iouinian; xxxvii.
 Impator in summo rez discrimine ab exercitu creatus: cū & locoꝝ iniquitate ca
 ptus & hostibus circūseptus nullam euadendi facultatē nancisceret': fœdus cum
 sapore rege Persarū: & si parū putant dignū: satis tamē necessariū pepigit: q̄ppe
 ut tutū & incolumen Romanū exercitū non solum ab incurſu hostiū: uerū etiā

a locorum periculo liberaret. Nisibiæ oppidum & partē superioris Mesopotamiæ Persis cōcessit. Inde dum Illyricum rediēs per Galatiā iter agit cū in cubiculum quoddā nouū sese cubitum recepisset: calore prunarum & nitore parietū nuper calce illitorum aggrauatus & suffocatus octauo demū mense q̄ impare cœperat: uitam finiuit. Anno ab urbe cōdita. M. lxxxviii. Valentinianus. xxxviii. apud Niceā cōsensu militū impator creatus est. Mansitq; in eo annis. xi. qui cū christianus integra fide sacramētū militiæ gereret: & sub Iuliano Augusto tribunus scutariorū iussus ab impatore sacrilego aut imolare idolis: aut militia excedere. fideliter sciens & grauiora dei esse iudicia & meliora pmissa: sponte discessit. Ita parua interiecta mora: Iuliano interfecto: ac mox Iouiniano mortuo: qui pro christi noīe amiserat tribunatū: retribuēte christo in locum psecutoris sui accepit imperiū: qui postea fratrem suū Valentē participē fecit imperii, & p copium tyrānū pluresq; postea Satellites eius occidit. terræmotus per totum terrarum orbē factus ita turbatum quoq; pelagus excussit ut per uicinas terrarū cāpestriū partes refuso mari plurimæ insularū urbes cōcussæ & subrutæ perisse referant. Valens ab Eudoxio episcopo Arriani dogmatis assertore & baptizatus & psuasus in sauiissimā hæresim declinauit. sed malignā insecutionē diu textit. nec uolūtati potestati admiscuit: quoad uiuētis fr̄is auctoritate cōpressus est. Contēplabat enī de eo q̄tā uim in ulciscēda fide impator posset exercere: qui tātā cōstatiā pro retinēda quōdā miles habuisset. Horū anno imp̄ii tertio Gratianus Valentiniani filius impator est factus. Eodem anno apud Atrebatas uera lana de nubibus pluuiæ mixta defluxit. Præterea Athanaricus rex Gothorū christianos gente sua crudelissime psecutus plurimos Barbarorū ob fidē interfectos ad coronā martyrii sublimauit: quorū tamē plurimi in Romanū solū nō trepidi uelut ad hostes sed certi: quod ad fratres pro christi cōfessione fugerent. Valentinianus Saxonū gentē in oceani littoribus & paludibus inuis sitā uirtute atq; agilitate terribilem piculosam Romanis finibus: eruptionē magna mole meditantē in ipsis Frācorū finib; oppressit. Burgundionū quoq; nouorū hostiū nouū nomen qui plus q̄. lxxx. M. ut ferunt armatorū ripæ Rheni fluminis insederūt: hos quōdā subacta interiore Germania a Druso & Tiberio adoptiuis filiis Cæsaris Augusti p castra dispositos aiunt in magnā coaluisse gentē: atq; ita etiā nomē ex ope præsumpsisse: quia crebra per limitē habitacula cōstituta Burgos uulgo uocāt: eorūq; esse præualidam & pniciosam manū: Galliæ hodie quæ testes sunt: in qbus præsumpta possessione cōsistunt quis p uidentia dei oēs christiani modo facti catholica fide: nostrisq; clericis qbus obedirēt receptis blande mansuete inocēterq; uiuāt: nō quasi cum subiectis Gallis: sed uere cum fratrib; christianis. Anno autē. xi. imperii sui Valentinianus cū Sarmatæ gentes sese p Pannonias diffudissent: easq; uastaret: bellum in eos parās: apud Brigitionē oppidum subita effusione sanguinis quod Græce apoplexis uocat: suffocatus & mortuus est. Post quē Gratianus filius eius occidentis imperiū tenuit: Valente patruo in orientis partibus cōstituto. Valentinianum etiā fratrem suū paruū admodū sociū creauit imperii. Anno ab urbe cōdita. M. c. xxviii. Valens. xxxix. imperiū. iiii. annis Valētiniano mortuo tenuit: qui solus cū impie ageret: & posset erubescere: ilico ueluti effrenata liber audacia legē dedit: ut monachi. i. christiani: qui ad unū fidei opus dimissa sæculariū

LIBER SEPTIMVS

rerum multimoda actione se redegerant: ad militiam cogentur. Vastas illas tunc Aegypti solitudines: harenasque diffusas: quas propter sitim ac sterilitatem periculosissimamque serpentum abundantiam conuersatio humana non nosset: magna habitantium monachorum multitudo compleuerat. Hic tribuni & milites missi: qui sanctos ac ueros milites dei alio nomine persecutionis abstraherent: interfecerunt: ibi agmina multa sanctorum: quae autem per diuersas ubique prouincias his similibusque iussis aduersus ecclesias catholicas & rectae fidei populos gesta sint: satis significatum ipsa reticendi electione sufficiat. Interea in Africam partibus Firmus sese excitatis Maurorum gentibus regem constituens: Africam Mauritaniamque uastauit. Caesaream urbem nobilissimam Mauritaniae dolo captam: deinde caedibus incendiisque completam Barbaris in praedam dedit. Igitur comes Theodosius Theodosii qui post impio praefuit: pater a Valente missus effusas Maurorum gentes multis proeliis fregit: ipsumque Firmum afflictum & oppressum coegit ad mortem. Post cum experientissima prouidentia totam cum Mauritania Africam meliorem pristinis legibus reddidisset: instigante & obrepente inuidia iussus interfici: apud Carthaginem baptizari in remissione peccatorum praoptauit. At postquam sacramentum christi quod quaesierat assecutus est: post gloriosam saeculi uitam: etiam de uitae aeternitate securus percussori iugulum ultro praebuit. Gratianus interea impator admodum iuuenis cum inestimabilem multitudinem hostium Romanis infusam finibus cerneret: fretus christi potentia longe impar militum numero sese in hostem dedit: & continuo apud Argentariam opidum galiarum formidolosissimum bellum incredibili felicitate confecit. Nam plus quam .xxx. M. Alemanorum minimo Romanorum detrimento in eo proelio interfecta narrantur. Tertio .x. autem anno imperii Valentis: hoc est paruo tempore postquam Valens per totum orientem ecclesiarum lacerationes sanctorumque caedes egerat radix illa miseriae nostrae copiosissimos simul frutices germinauit. Siquidem genus Hunnorum diu inaccessis seclusa montibus repentina rabie percita exarsit in Gothos: eosque sparsim conturbatos ab antiquis sedibus expulit. Gothi transito Danubio fugientes a Valente sine ulla foederis pactione suscepti: ne arma quidem quo tutius Barbaris crederetur: tradidere Romanis. Deinde propter intolerabilem auaritiam maximi ducis fame & iniuriis adacti in arma surgentes: uicto Valentis exercitu per Thraciam sese miscetes simul omnia caedibus: incendiis: rapinisque fuderunt. Valens egressus de Antiochia: cum ultima infelicitis belli sorte traheret: sera peccati maxima poenitentia stimulatus episcopos caeterosque sanctos reuocari de bellis impauit. Itaque .xv. impii sui anno lachrymabile illud bellum in Thracia cum Gothis iam tunc exercitatione uirium rerumque abundantia instructissimis gessit: ubi primo statim impetu Gothorum perturbatae Romanorum equitum turmae nuda peditum deseruere praesidia. Mox legiones peditum undique equitatu hostium cinctae: ac primum nubibus sagittarum obrutae: deinde cum amictus metu sparsim per devia cogentur: funditus caesa gladiis insequentium: contisque perierunt. Ipse impator cum sagitta faucibus uersusque in fugam aegre in cuiusdam uillulae casam deportatus lateret: ab insequentibus hostibus deprehensus: subiecto igne consumptus est: & quo magis testimonium punishmentis eius & diuinae indignationis terribili posteris esset exemplo: communi caruit sepultura. Consoletur se & in hoc peruicacia miseriaque gentium: quia temporibus & regibus christianis tantae simul congestae clades praesentem rei. p. onerare ceruicem: euersae prouinciae: deletus exer-

citus imperator incensus. Magnum re uera hoc est ad nostrum dolorem magisque miserum quo magis nouum. Sed quid hoc ad consolationem proficit paganorum: qui palam prouident & in his quoque persecutorem ecclesiarum fuisse punitum: Vnus deus unam fidem tradidit: unam ecclesiam toto orbe diffudit: hanc aspicit: hanc diligit: hanc defendit. Quolibet se quisque nomine tegat: si huic non sociatur alienus: si hanc impugnat inimicus est. Consolentur se gentiles inquam uolunt Iudaeorum Haereticorumque suppliciis tantum & unum deum esse: & eundem personarum acceptorem non esse: uel ex hac potissimum ualentis extincti probatione fateantur. Gothi antea per legatos supplices poposcerunt: ut illis episcopi: a quibus christianae fidei regulam discerent: mitterentur: Valens impator exitiabili prauitate detentus doctores Arriani dogmatis misit. Gothi primae fidei rudimentum quod acceperunt tenuerunt. Valens catholicae fidei normam: quam prius habuerat derelinquens: peruerso Arrianorum dogmati sese illexit. Itaque iusto dei iudicio ipsi eum uiuum incenderunt: qui propter eum etiam mortui uitio erroris arsurus sunt. Anno ab urbe condita. M. c. xxxii. Gratianus. xl. ab Augusto post mortem Valentis sex annis imperium tenuit: quis iam dudum antea cum patre Valente & cum Valentiniano fratre regnaret qui cum afflictum ac pene collapsum rei. p. statum uideret: eadem uisione qua quondam legerat Nerua Hispanum uirum Traianum: per quem respublica reparata est: legit & ipse Theodosium aequum Hispanum uirum: & restituendam rei. p. necessitate apud Syrmum purpuram induit: orientisque & Thraciae simul praefecit imperio hoc perfectiore iudicio: quia cum in omnibus humanae uitae uirtutibus iste par fuerit: in fidei sacramento religionisque cultu sine ulla cooperatione praecessit: siquidem ille persecutor: hic propagator ecclesiae. Ita illi ne unus quidem proprius filius: quo successore gauderet: indultus est: huius autem orienti simul atque occidenti per succiduas usque ad nunc generationes gloriosa propagatio dominat.

Creatus imperator Theodosius a Gratiano Constantinopolim intrauit uictor.

Taque Theodosius afflictam rem. p. ira dei: reparandam credidit misericordia illius omnemque fiduciam sui ad opem christi conferens maximas illas Scythicas gentes formidatasque cunctis maioribus: Alexandro quoque illi magno: sicut Pompeius Corneliusque testati sunt: ciuitatas: nunc aut extincto Romano exercitu: Romanis equis armisque instructissimas: hoc est Alanos. Hunos: & Gothos incunctanter aggressus magnis multisque praeliis uicit. Urbem Constantinopolim uictor intrauit: & ne parua Romani exercitus manu assidue bellando detereret: foedus cum Athanarico Gothorum rege percussit. Athanaricus autem continuo ut Constantinopolim uenit: die obiit. Uniuersae Gothorum gentes rege defuncto aspicientes uirtutem benignitatemque Theodosii Romano sese imperio dediderunt. In his etiam diebus Persae: qui Iuliano interfecto aliisque impatoribus saepe uictis: nunc etiam Valente in fugam acto recentissime uictoriae satietatem cruda insultatione ructabant: ultro Constantinopolim ad Theodosium misere legatos: pacem suppliciter postulantes. Ictumque tunc foedus est: quo uniuersus orientis usque ad nunc tranquillissime fruitur. Interea cum Theodosius in oriente subactis Barbarorum gentibus Thracias tandem ab hoste liberatas reddidisset: & Arcadium filium suum consortem fecisset imperii: maximus uir quidem strenuus & pius atque Augusto dignus: nisi contra sacramenti fidem per tyrannidem emerisset in Britannia inuitus propemodum ab exercitu imperator creatus in Galliam transit: ubi Gratianum Augustum subita incursione perterritum:

LIBER SEPTIMVS

atq; in Italiam transire meditantē dolis circūuentum interfecit: fratresq; eius Valentinianū Augustū Italia expulit Valentinianus in orientē refugiens a Theodosio paterna pietate susceptus: mox etiam imperio restitutus est.

Nno ab urbe cōdita. M. c. xxxviii. Theodosius. xli. interfecto a Maximo Gratiano imperiū Romani orbis obtinuit: māsitq; in eo ānis. xi. cū iam in orientis partibus. vi. annis Gratiano uiuente regnasset: itaq; iustis necessariisq; causis ad bellum ciuile permotus: cū e duobus Augustis fratribus & ultionē unius interfecti sanguis exigeret: & restitutionem miseria alterius exultantis oraret: posuit in deo spem suā: seq; aduersus Maximū tyrannum sola fide maior. Nam longe minor erat uniuersa apparatus bellici coparatione: pripuit. Aquileiā tunc maximus uictoriā suā spectator infederat. Andragatius uero comes eius summā belli administrabat: qui cum largissimis militū copiis: ipsaq; magnarū copiarū fortitudine præcellente consilio omnes incredibiliter alpiū ac fluminū aditus cōmunisset: ineffabili iudicio dei: nauali expeditione dū incautum hostē præuenire & obruere parat: sponte eadē: quæ obstruxerat claustra: deseruit. Ita Theodosius nemine sentiēte: ut non dicam repugnante: uacuas transmisit alpes: atq; aquileiam improuisis adueniens hostē illum magnū maximum trucē & ab immanissimis quoq; germanorū gentibus tributa ac stipēdia solo terrore nominis exigentē sine dolo & cōtrouersia clausit: cepit & occidit. Valentinianus recepta Italia potitus impio est. Andragatius comes cognita. Maximi nece præcipitē sese e nauī in undas dedit ac suffocatus est. Theodosius incruē tam uictoriā deo procurāte suscepit. Ecce regibus & t̄pibus christianis qualiter bella ciuilia cū uitari nequeunt: transigunt. Ad uictoriā peruentū est: irrupta est ciuitas: correptus Tyrānus. & hoc parū est. Ecce a parte alia uictus hostilis exercitus atq; ipso Tyrāno truculentior comes Tyrāni ad mortē coactus tantæ dissolutæ elusæq; insidiæ: tanti apparatus exinaniti sunt: & tñ nullus dolos struxit: nullus aciē disposuit: postremo nullus. s. gladiū de uagina extulit. Formidolosissimū bellū sine sanguine usq; ad uictoriā & in uictoria duorū morte cōfectū est. Et ne hoc quisq; casu factū putet: quo magis potētia dei qua dispēsant & iudicant uniuersa: propalato sui testimonio declarat: obstrepentiū mētes uel ad cōfusionē uel ad fidē cogat: dico rem ignotā omnibus & oibus notā. Post hoc bellū quo Maximus interfectus est multa utiq; sicut oēs recognoscimus: Theodosiūq; filiū eius Honorīū usq; ad nunc externa bella & ciuilia cōsecuta sunt: & tñ oīa pene usq; in hodiernū diem equidē cū fructu simplicis sanctæq; uictoriæ: uel nullo uel minimo sanguine quieuerunt. Igit̄ Valentinianus iunior regno restitutus extincto Maximo: eiusq; filio uictore: quē imperatorē gallis Maximus relinquens præfecerat: ipse in galliā transiit: ubi cum rrāquilla rep. in pace ageret: apud Viennā dolo Arbogastis comitis sui: ut ferunt: strangulatus atq; ut uoluntariam sibi cōsciuisse mortem putaretur: laqueo suspensus est.

Arbogastes Valētiniano ipatore occiso statim Eugeniū tyrānū fecit ipatorē. Ortuo Valentiniano Augusto Arbogastes Eugeniū tyrānū mox creare ausus est Legitq; hoīem: cui titulū impatoris iponeret ipse acturus imperiū uir barbarus: aīo: cōsilio: manu: audacia: potentiaq; nimirū cōtraxitq; undiq; innumeras inuictasq; copias uel Romanorū præsidiis uel auxi-

liis Barbarorū: alibi potestate: alibi cognatione subnixus. Historiā notam etiam oculis plurimorū: quā melius qui spectauere nouerunt. Dilatari nō opus est uerbis: potētia dei nō fiducia hominis uictorem semper extitisse Theodosiū Arbogastes iste præcipuum in utroq; documētum est: qui & tūc cū Theodosio paruit tantis instructum præsiidiis Maximū ipse minimis caput: & nūc cum aduersus eundem Theodosiū collectis Galloꝝ Francorūq; uiribus exūdauit: nixus etiam præcipuo cultu idolorū magna tamē facilitate succubuit. Eugenius atq; Arbogastes instructas acies cāpis expedierāt: arta alpium latera atq; inuitabiles transitus præmissis callide insidiis occuparāt: ut etiā si numero ac uiribus impares forent: sola tamē belli dispositiōe uictores. At uero Theodosius in summis alpibus cōstitutus: expers cibi ac somni sciēs q̄ destitutus suis: nesciēs q̄ clausus alienis: dñm christum solus solum: qui posset oīa: corpore humi fusus: mente cælo fixus orabat. Dehinc postq̄ insonē noctem precū cōtinuatione transegit: & testes p̄p̄modū quas in precū præsiidii cœlestis appēderatus lachrymarū lacunas reliquit fiducialiter arma corripuit solus. Sciēs uero se esse nō solum signo crucis tuēdū sed & uictoriā adepturū: signo crucis se muniēs signum uictoriæ dedit: ac se in bellum etiā si nemo sequerēt: uictor futurus imisit. Prima salutis uia extitit. Arbitrio hostiliū partiū comes qui cū ignarū imperatorē circūpositis excepisset insidiis: cōuersus ad reuerentiā præsentis Augusti non solum periculo liberauit. Verū etiā instruxit auxilio. At ubi ad cōtigua imiscendæ pugnæ spacia peruentum est: cōtinuo magnus illæ & ineffabilis turbo uentorū in ora ostiū ruit. Ferebantur per aerem spicula nostros: atq; ultra mensurā humani iactus per magnū inane portata nūq̄ p̄p̄modum cadere priusq̄ impingerēt sinebant: Porro turbo aut cōtinuus ora pectoraq; hostium nūc illis grauius scutis euerberabat: nunc impressis p̄tinaciter obstructa claudebat: nūc auulsis uolēter destituta nudabat nūc oppositis iugiter in terga trudebat: tela etiā quæ ipsi uehemēter intorserāt: excepta uentis impetu supinata: ac retrorsum coacta ipsos infeliciter cōfigebāt. Prospexit sibi humanæ conscientiæ pauor. Nam cōtinuo sese parua suorū manu fusa uictori Theodosio hostilis strauit exercitus.

Eugenius tyrānus captus est & occisus.

e Eugenius captus atq; interfectus est. Arbogastes sua se manu perculit.

Ita & hinc duorū sanguine bellum ciuile restinctum est absq; illis. x. M. Gothorū: quos præmissos a Theodosio Arbogastes deesse funditus fertur: quos utiq; perdidisse lucrum: & uinci uincere fuit. Non insulto obtrectatoribus nostris. Vnum aliquod ab initio urbis: cōditæ bellum p̄ferant tam pia necessitate susceptum: tam diuina fœlicitate cōfectum: tam clementi benignitate sopitum: ubi nec pugna grauem cædem: nec uictoria cruentam exegerit ultionem: & fortasse concedam ut non hæc fidei christiani ducis concessa uideantur: quāuis ego hoc testimonio non laborem: quādo unus ex ipsis poeta quidē eximius: sed paganus puicacissimus huiusmodi uersibus & deo & homini testimonium tulit: quibus ait. O nimum dilecte deo tibi militat æther: & cōiurati ueniūt ad classica uēti. Ita cœlitus iudicatū est inter partē et sine præsidio hoīum de solo deo humiliter sperantem: & partē arrogātissime de uiribus suis & de idolis præsumentē. Theodosius aut cōposita trāq̄llataq; re. p. apud Mediolanū cōstitutus diē obiit.

LIBER SEPTIMVS

Arcadius & Honorius regnum imperii Romani susceperunt.

Nno ab urbe cōdita. M. c. xlix. Arcadius Augustus: cuius nunc filius
 a Theodosius oriētem regit: & Honorius Augustus frater eius: cui nūc
 res. p. inicitur. xlii. loco cōmune imperiū: diuisis tantū sedibus tenere
 ceperūt: uixitq; Arcadius post patris excessum annis. xii. impiiq; summā Theo-
 dosio filio suo paruo admodū moriēs tradidit. Interea Gildo comes qui in ini-
 tio regni eorū Aphricā præerat: simul ut defunctū Theodosiū cōperit: siue ut
 quidā ferūt: quadā p̄motus inuidia Aphricā orientalis imperii partibus iungere
 mollitus est: siue ut alia tradit opinio: minimā in paruulis spem fore arbitratus:
 præsertim cū absq; his nō facile antea quisq; pusillus in impio relictus ad maturi-
 tatē uirilī ætatis euaserit: isti q; propemodū soli inueniant: quos ob gratiā p̄ris
 ac suā fidē & diuisos & destitutos christi tutela p̄uexerit: Aphricā excerptam a
 societate rei. p. sibi usurpare ausus est gentili magis licētia cōtentus: q̄ ambitu re-
 giæ affectionis inflatus. Huic Mascezel frater fuit: qui nouarū rerū molitiones in
 fratre perhorrescēs cū filiis adolescētibus in Italiā rediit. Gildo & absentia fra-
 tris & præsentia filiorū eius suspectam habēs: adulescētes dolo circūuētos inter-
 fecit. Ad hūc iam ut hostē bello insequēdū Mascezel frater missus est: quē ido-
 neum p̄curādæ reip. fore p̄pria orbitatis recēs dolor pollicebat. Igit̄ Mascezel
 iam inde a Theodosio sciēs: q̄tū in rebus despatissimis ōro hoīs per fidē christi a
 clemētia dei impetraret: caprariā insulā adiit: unde secum sanctos seruos dei ali-
 quot p̄motus precibus suis sumpsit: cū his ōronibus ieiuniis: psalmis dies & no-
 ctes cōtinuās sine bello uictoriā meruit: ac sine cæde uindictam ardalio fluminis
 nomē est: quod fluit inter Thebastē & Metriderā ciuitates: ubi cū parua manu:
 hoc est cū. v. M. ut aiunt: militū cōtra. lxx. M. hostiū castrametatus: cū interie-
 cta mora excedere loco: oppositasq; præiacētis uallis angustias transgredi uellet:
 intercurrete nocte. b. Ambro. episcopū Mediolani paulo ante defunctū per som-
 nium sibi uidere uisus est: significatē manu & impacto ad humū ter baculo di-
 centē: hic: hic: hic. Quod ille prudētī cōiectura intellexit: merito annūciantis fi-
 dem uictoriæ: uerbo locū: numero diem significari. Substitit ac tertio demū die
 post noctē ōronibus hymnisq; puigilem munitus ipsis cœlestiū sacramētōrū my-
 steriis in hostē circūfusum p̄cessit. Et cū ad eos qui primi occurrerant pia pacis
 uerba iactaret: signiferū quēdam insolenter obsistentē: iam iāq; pugnā excitantē
 gladio percussit in brachio: eumq; manu debilem ipso uulnere coegit pronū in-
 clinare uexillum. Quo uiso reliquæ cohortes deditiōnē iam fieri priōrū estiman-
 tes: certatim sese ad Mascezelem signis tradere cōuersis. Barbari quorū magnam
 multitudinem Gildo ad bellum deduxerat defectu militum destituti in diuer-
 sa fugierunt.

Gildo occisus est.

Gildo & ipse fugā mollitus arrepta nauī: ut in altum prouectus: ac de-
 g inde reuocatus in Aphricā est: post aliquot dies strangulatus interiit.
 Periclitaremur sub tantorū miraculorū relatu: quasi præsumpta mētiē
 di impudētia: si adhuc uocē nostrā cōsciētia eorū qui interfuere nō præcurreret.
 Nullæ agunt insidiæ: nulla corruptio &. lxx. M. hostiū uincunt. Pene sine pu-
 gna fuit uictus ad tēpus: ne plus audeat uictor iratus. Transportat̄ in diuersum
 locū: ut nesciat̄ a fratre occidi: quo uindicetur occisi. Sane idē Mascezel elatus

res secundarum insolentia: post habito sanctorum consortio cum quibus antea deo militans uicerat: etiam ecclesiam temerare ausus est: atque ex ea quosdam non dubitauit extrahere. Secuta est poena sacrilegum. Nam iisdem supstitibus atque insultantibus: quos ab ecclesia ad poenam pertraxerat: post aliquantum tempus solus ipse punitus est: probauitque in se uno ad utrumque semper diuinum uigilare iudicium: quando & cum sperauit adiutus & cum contempserit: occisus est. Interea cum a Theodosio impatore senior singulis potissimis infantum cura & disciplina utriusque palatii commissa esset: hoc est Rufino orientalis aulae: Stiliconi occidentalis imperii quod uterque egerit: quidue agere conatus sit: exitus utriusque docuit cum alius sibi: alius filio suo affectas regale fastigium: ut rebus repetite turbatis necessitas reipublicae scelus ambitus tegeret: gentes Barbaras ille imisit: hic fouit. Taceo de Halarico rege cum Gothis suis saepe uicto: saepe concluso: semperque dimisso. Taceo de infelicibus illis apud Polentiam gestis cum Barbaro & pagano duce: hoc est Sauli cui summa belli commissa est: cuius improbitate reuerentissimi dies: & sanctum pascha uiolatum est: cadentique hosti propter religionem: ut pugnaret exortum est: cum quidem ostendente in breui iudicio dei: & quid fauor eius posset: & quid ultio diuina exigeret: pugnautes uicimus: uictores uicti sumus. Taceo de ipsorum inter se Barbarorum crebris dilacerationibus cum se inuicem Gothorum cunei duo deinde Halani atque Huni uariis caedibus populabantur.

Rhedagaius hostis Italiam intrauit & occisus est cum gente sua.

Hedagaius omnium antiquorum praesentiumque hostium longe immanissimus repetiuo impetu totam inuaduit Italiam. Nam fuisse in populo eius plus quam .cc. M. Gothorum ferunt. Hic supra hanc incredibilem multitudinem indomitamque uirtutem paganus & Scythia erat: qui ut mos est Barbaris huiusmodi gentibus omnem Romani generis sanguinem diis suis propinare deuouerat. Hoc igitur Romanis arcibus imminente fit omnium paganorum in urbe concursus clamantium: hostem esse cum utique uirium copia tum maxime praesidio deorum uincendum: potentem urbem autem ideo destitutam & mature perituram: quia deos & sacra perdidit: magnis querelis ubique agit: & continuo de repetendis sacris celebrandisque tractat. Feruet tota urbe blasphemiarum uulgo nomen christi tanquam lues aliqua praesentium temporum probris ingruat. Itaque ineffabili iudicio dei factum est: ut quoniam in permixto populo piis gratia impiis poena debebat: oportebatque permitti hostes: qui insuasibilem in plurimis: & contradicentem ciuitatem seuerioribus solitos flagris coarguerent: non tamen eos qui indiscrete cunctos intemperata caede delerent: duo tunc populi Gothorum cum duobus potentissimis regibus suis per Romanas puercias bacchantes: quorum unus christianus pro priorque Romano populo: & ut res docuit: timore dei mitis in caede: alius paganus Barbarus & uere Scythia: qui non tamen gloriam: aut praedam: quam tum inexaturabili crudelitate ipsam caedem amaret. In caede & hic iam receptus sinu Italiae Romam e proximo trementem terrore quassabat. Itaque si huic ultionis potestas permitteretur quem Romani ob hoc praecipue timendum arbitrabantur: quia fauorem deorum sacrificiorum obsequiis inuitaret: & imoderatior caede sine fructu emendationis assissent: & error nouissimus peior priore creuisset: quoniam quidem in pagani & idolatrae manus incidisse non solum pagani residuis de restaurando cultu idolorum esset indubitata persuasio: sed & christianis piculosa persuasio cum & hi praepudicio terrerentur: & illi confirmarentur exemplo. Quamobrem iustus dispensator humani generis deus prope paganum hostem uoluit: & christianum pra-

LIBER SEPTIMVS

ualere permisit: ut pagani blasphematesq; Romani & illo cōfunderent p̄dito: & hoc punirent imisso: maxime cū impatoris Honorii admirāda in rege cōtinētia & sanctissima fides nō parę diuinæ misericordiæ mereret. Cōcedunt qdē aduersus imanissimū illū hostē Rhedagaisum aliorę hostiū turmæ cū copiis suis inclinantur ad auxiliū eorę animi. Assunt Vldinus & Sarus Hūnorę & Gothorę duces præsidio Romanorę: sed nō sinit deus rē potētia suæ uirtute hoīum & maxime hostiū uideri. Cōterritū diuinitus Rhedagaisum in Fesulanos mōtes coegit: eiusq; secundū eos q̄ parcissime referūt. cc. M. hoīum inopū cōsiliū & cibi in arido & aspo mōtis iugo urgēte undiq; timore cōcludit: agmina q; q̄dudū angusta uidebat: Italia latēdi spe ī unū ac paruū uerticē trudit. Quid multis morer? Nō disposita in bellū acies fuit: nō furor timorq; incerta pugnae prætulit: nō cædes acta: nō sanguis effusus est: quod fœlicitati postremo loco deputari solet: dāna pugnae euētū cōpēsata uictoriae: edētib; bibētib; ludētibusq; nr̄is tāti illi tāq; imanes hostes esuriētes & sitiētes: lāguētesq; cōfecti sunt. Parū hoc est: nisi captū & cathenatū ac subiugatū sciāt: quē timere Romani: illūq; idolatrā suū: cuius sacrificia se magis p̄timefcere q̄ arma fingeant: sine prælio uictū ac uinctū. sub iugo cathenisq; despiciāt. Igit̄ rex Rhedagaisus solus spem fugæ sumēs clā suos deseruit: atq; in nr̄os incidit: a qbus captus & paulisp̄ retentus ac deinde interfectus est. Tāta uero multitudo captiuorę Gothorę fuisse fert̄: ut uilissimarę pecudum mō singulis aureis passim greges hoīum uēderent. Sed nihil superesse deus de eodē populo sinit. Nā ilico cunctis qui emebant̄ moriētibus: quod improbi emptores eorę nō impēderūt turpiter preciis: expēderūt misericorditer sepulturis. Igitur ingrata Roma: quæ sicut nunc sensit nō ad remittendā sed ad reprimēdam idolatriæ præsumptionē iudicis dei obliquā misericordiā: ita cōtinuo p̄pter uiuorę mortuorūq; sanctorę piā recordationē dei irā passura nō plenā: si forte cōfusa pœniteat: & per experiētiā fidem discat: ab incurſu Halarici regis & hostis: sed christiani aliquātulo ad tēpus spacio differtur.

Stilico uoluit usurpare imperiū Romanū pro filio.

i Nterea comes Stilico Vuandalorę imbellis auaræ perfidæ & dolosæ gentis genere editus: paruipēdens q; sub imperatore impabat: Eucherium filiū suū: sicut a plær̄isq; tradit̄: iam inde christianorę p̄secutionem a puero priuatoq; meditantē in impio quoquo modo substituere nitebatur. Quamobrē Halaricū cunctāq; Cothorę gentē pro pace optima & quibuscūq; sedibus suppliciter ac simpliciter orantē: occulto fœdere fouens: publicæ autē & belli & pacis copia negata ad terendā terendamq; rem. p. reseruauit. Præterea gentes alias copiis uiribusq; intolerabiles: quibus nunc Galliarę Hispaniarūq; prouinciæ premuntur: hoc est Halanorū Sueuorum Vuandalorū: ipsoq; simul motu impulsorum Burgundionum ultro in arma sollicitans deterſo semel Romani nominis metu suscitauit: eas interim ripas Rheni quaterere & pulsare Gallias uoluit: sperans miser sub hac necessitatis circumstantia: quia & extorquere imperiū genero posset in filium: & gentes Barbaræ tam facile cōprimi q̄ cōmoueri ualerēt. Itaq; ubi imperatori Honorio exercituiq; Romano hæc tantorū scelerū scæna patefacta est: commoto iustissime exercitu occisus est Stilico: qui ut unum puerum purpuram indueret: totius generis humani sanguinem dedit. Occisus est

& Eucherius qui ad cōciliandū sibi fauorē paganorum restitutione templorum & euerfione ecclesiarum imbuturum se regni primordia minabat: pauciq; cum iisdē Satellites tantarum mollitionum puniti sunt. Ita minimo negocio paucorumq; pœna ecclesiæ christi cum imperatore religioso & liberatæ sunt & uindictatæ. Itaq; post hæc tanta augmēta blasphemiarum nullamq; puram ultima illa diuq; suspensa urbem pœna consequitur.

Halaricus urbem expugnauit Romam: & deprædatus est.

Dest Halaricus: trepidam Romā obsedit: turbat irrumpit: dato tamē præcepto prius: ut si qui in sancta loca præcipueq; in sanctorum apostolorum Petri & Pauli basilicas cōfugissent: hos in primis inuiolatos securosq; esse sinerēt. Tum deinde inquātum possent prædæ iuhiātes a sanguine temperarēt: accidit quoq; quo magis illa uerbis irruptio indignatione dei acta: q̄ hostis fortitudine probaretur: ut. b. Inno. Romanæ ecclesiæ episcopus: tāq; iustus Loth subtractus a Sodomis occulta prouidētia dei apud Rauēnam tūc positus peccatoris populi nō uideret excidium. Discurrētibus itaq; per urbem Barbaris forte unus Gothiorum idemq; potēs & christianus sacram deo uirginē iam ætate prouectam in quadam ecclesia domo repperit. Cūq; ab ea aurum argētumq; honeste exposceret: illa fideli cōstantia esse apud se plurimum & mox proferēdum spondit: ac protulit. Cūq; expositis opibus attonitum Barbarum magnitudine & pondere ac pulchritudine ignota & uasorum qualitate uideret: uirgo christi ad Barbarū ait. Hæc Petri apostoli sacra ministeria sunt: præsume si audes de facto tu uideris. Ego quia defendere nequeo: cōtendere nō audeo. Barbarus uero ad reuerentiam religionis timore dei & fide uirginis motus ad Halaricum hæc per nuncium rettulit qui continuo reportari ad apostoli basilicam uniuersa ut erant: uasa imperauit: uirginem etiam simulq; omnes qui se adiungerēt christianos: eodemq; cum defensione deduci. Ea domus sanctis sedibus longo ut ferunt: & medio interiectu urbis aberat. Itaq; magno spectaculo omnium disposita per singulos singula & super capita lata palam aurea atq; argentea uasa portantur: exertis undiq; ad defensionē gladiis pia pompa munitur: hymnus deo Romanis Barbarisq; cōcinentibus publice canitur: personat late in excidio urbis salutis tuba: omnesq; etiā in abditis latētes inuitat: ac pulsat: cōcurrūt undiq; ad uasa Petri: uasa Christi. Plurimi etiam pagani christianis p̄fessione si nō fide admiscent: & per hoc tamē ad tempus: quo magis confundantur: euadunt. Quāto copiosius aggregātur Romani cōfugiētes: tanto auidius circūfunduntur Barbari defensores. O sacra & ineffabilis diuini iudicii discretio. O sanctum istud & salutare flumē: quod per arua exortum dum beato alueo in sanctorum sedes tendit: oberrantes periclitantesq; animas in sinum pia rapacitate peruexit. O præclara illa christianæ militiæ tuba: quæ generaliter cūctos dulcissimo ad uitā modulamine inuitās: quos ad salutē inobediētes non suscitauit: inexcusabiles reliquit ad mortē. Mysteriū hoc quod in transferendis uasis: dicēdis hymnis: ducendis populis fuit: tāq; magnū cribrum fuisse arbitror: per quod ex cōgregatione populi Romani tāq; ex magna massa frumēti per oīa ex uniuerso ambitu ciuitatis laterarū foramina effluxere grana uiua siue occasione siue ueritate cōmota oīa: tamē de præsentē salute credentia ex horreo dominicæ præparatiōis accepta sunt.

LIBER SEPTIMVS

Reliqua uero sicut stercore: & uelut paleæ ipsa uel incredulitate uel inobedien-
tia præiudicata ad exterminium atq; incendium remanserunt: quis hæc perpen-
dere plenis miraculis: quis prædicare dignis laudibus queat: Tertia die Barbari
q̄ ingressi urbem fuerat: sponte discedunt: facto quidem aliquatarum ædium in-
cendio: sed ne tanto quidem quatum. dcc. conditionis eius anno casus effecerat.
Nam si exhibitam Neronis impatoris sui spectaculis inflamationem recenseã:
pcaldubio nulla cõparatione æquiparabitur secũdum id: quod excitauerat lasci-
uia principis: hoc quod nũc cõtulit ira uictoris. Neq; uero Galloꝝ meminisse in
huiusmodi collatione debeo: quã continue pene per anni spatium incensæ urbis
attritos cineres possederũt. Et ne quisquã forte dubitaret ad correptionẽ supbæ
lasciuia: & blasphemia ciuitatis hostibus fuisse pmissum: eodẽ tpe clarissima ur-
bis loca fulminibus diruta sunt quæ inflãmari ab hostibus nequiuerunt. Anno
itaq; ab urbe cõdita. M. c. lxxiiii. irruptio urbis per Halaricũ facta est: cuius rei
q̄uis recens memoria sit: tamẽ si quis ipsius populi Romani & multitudinẽ ui-
deat & uocem audiat: nihil factũ: sicut etiã ipsi fatẽtur: arbitrabitur nisi aliquã
tis adhuc existẽtib9 ex incẽdio ruinis forte doceatur. In ea irruptione Placidia
Theodosii principis filia: Arcadii & Honorii impatoꝝ soror: ab Atthaulfo Ha-
larici p̄pinquo capta est atq; in uxorem assumpta: quasi eã diuino iudicio uelut
spãle pignus obsidẽ Roma tradiderit. Ita iuncta Barbari potẽtissimi regis cõiu-
gio multo rei. p. cõmodo fuit. Interea ante biẽniũ Romanæ irruptiõis excitatæ
per Stiliconem gẽtes Halanoꝝ: ut dixi: Sueuoꝝ: Vuandaloz: multæq; cum his
aliæ Francos proterũt: Rhenũ transeũt. Gallias inuadũt: directoq; impetu Pyre-
neum usq; pueniũt: cuius obice ad tẽpus repulsæ per circũiacentes puincias re-
fundunt. His per Gallias bacchãtib9 apud Britãnias Gratianus municeps eius-
dem insulæ tyrãnus creat: & occidit. Huius loco Cõstantinus ex infima militia
p̄pter solã spẽ nois sine merito uirtutis eligit: qui cõtino ut inuasit imperiũ in
Gallias trãsiit. Ibi sæpe a Barbaris incertis fœderib9 illusus detrimẽto magis rei
p. fuit. Misit uero in Hispanias iudices: quos cũ puincia obediẽter accepissent
duo frẽs iuuenes nobiles & locupletes Didymus & Verianianus nõ assumpserunt:
ne aduersus tyrãnũ qdẽ tyrãnidẽ: sed ipatori iusto aduersus tyrãnũ & Barbaros
tueri sese patriãq; suã molliti sunt. Quod ipso gestæ rei ordine patuit Nã tyrã-
nidẽ nemo: nisi celeriter maturatã secreto iuadit: & publicæ arma cuius summa
est: assumpto diademate ac purpura uideri ante q̄ sciri. Hi si uero plurimo tpe
seruulos tãtũ suos ex p̄p̄riis præsidii colligẽtes ac uernacula alentes sumptibus:
nec dissimulato p̄posito absq; cuiusq; inq̄titudine ad Pyrenei claustra tendebant:
aduersus hos Cõstantinus Cõstantẽ filiũ suũ: phdolor: ex monacho Cæsarẽ factũ
cũ Barbaris qbusdã qui quondã in fœdus recepti atq; in militiã allecti Honoria-
ci uocabãtur: in Hispanias misit. Hinc apud Hispanias prima mali labes. Nam
interfectis illis fratrib9 qui tutari priuato præsidio Pyrenei alpes moliebantur:
his Barbaris quasi in preciũ uictoria primũ prædandi in Palatinis cãpis licẽtia
data: dehinc supradicti montis claustrorũq; eius cura p̄missa est: remota rustica-
noꝝ fideli & utili custodia. Igit̄ Honoriaci imbuti præda & illecti abũdantia:
quo magis scelus ipunitũ foret: atq; ipsis sceleris plus liceret: p̄dita Pyrenei cu-
stodia claustrisq; patefactis cunctas gẽtes: quæ p̄ Gallias uagabant: Hispaniaꝝ

prouinciis imittunt: iidemque ipsi adiuguntur ubi actis aliquādiu magnis cruen-
 tisque discursibus post graues rerum atque hominum uastationes: quæ ipsos quoque
 modo poenitet: habita forte: & distributa usque ad nunc possessione consistunt.
 Multa nunc mihi de huiusmodi rebus facultas loquendi foret: si non secundum
 omnes homines apud uniuscuiusque mentem conscientia secreta loqueretur. Irru-
 ptæ sunt Hispaniæ: cædes: uastationesque passæ sunt: nihil quidem nouum. Hoc
 enim nunc per bienniū illud: quo hostilis gladius sæuit: sustinere a Barbaris: quod
 per .cc. quondam annos passæ fuerant a Romanis: quod etiam sub imperatore
 Galeno per annos propemodum .xii. Germanis euertentibus exceperunt. Verū
 tamē quis non se: qui sui suorūque actuum uel etiam cogitationum conscius iudi-
 cia dei metuit iuste omnia passum: uel etiam parua sustinuisse fateatur: aut quis
 se non intelligit deumque non metuit: quomodo nō iuste ista & quidem parua su-
 stinuit? Quæ cum ita sint illud tantum clemētia dei eadem pietate qua dudum
 prædixerat: procurauit: ut secundum euāgelium suum: quo incessabiliter cōmo-
 nebat: cum uos persecuti fuerint in una ciuitate: fugite in aliam: quisque egrediens
 quo abire uellet ipsis barbaris mercennariis ministris ac defensoribus utcretur.
 Hoc tunc ipsi ultro offerebant. Et qui auferre omnia interfectis omnibus pote-
 rant: particulam stipendii ob mercedem seruitii sui & transuecti oneris flagita-
 bant: & hoc quidem a plurimis factum est. Qui autem non crediderunt euan-
 gelio dei quasi contumaces: uel si etiam non audierunt: dupliciter cōtumaces nō
 dederunt locum iræ: iuste superueniente ira comprehensi & oppressi sunt: quāq̄
 & post hoc quoque continuo Barbari execrati gladios suos ad aratra cōuersi sunt:
 residuosque Romanos ut socios modo & amicos fouent: ut inueniantur iam inter
 eos quidam Romani qui malint inter Barbaros pauperem libertatem: quā inter
 Romanos tributariam sollicitudinem sustinere: quā si ob hoc solum Barbari Ro-
 manis finibus immissi forent: quod uulgo per orientem & occidentem ecclesiæ
 christi Hunnis Sueuis Vuandalis & Burgundionibus: diuersisque innumeris cre-
 dentium populis replentur: laudanda & attollenda misericordia dei uideretur:
 quādoquē & si cū labefactione nostri tantæ gentes agnitionem ueritatis acci-
 perent: quā inuenire utique nisi hac occasione nō possent. Quid enim dāni est chri-
 stiano ad uitam æternam inhianti huic sæculo quolibet tempore & quoquo pa-
 cto abstrahi? Quid autem lucri est pagano in medio christianorum aduersus fi-
 dem obdurato si paulo diutius diem protrahat quādoque moritura cui desperata
 conuersio est? Et quia ineffabilia sunt iudicia dei quæ nec scire omnia nec expli-
 care quæ scimus: possumus: breuiter expresserim correctionem iudicis dei: quo-
 quo pacto accidat iuste sustinere: qui sciunt iuste sustinere qui nesciūt. Anno ab
 urbe condita. M. clxxv. Honorius imperator uidens tot oppositis tyrānis nihil
 aduersum Barbaros agi posse ipsos prius tyrannos deleri iubet. Constantio co-
 miti huius summa belli cōmissa est. Sensit tunc demum res. p. & quā utilitatem
 in Romano tandem duce receperit: & quā eatenus perniciem per longa tēpora
 Barbaris comitibus subiecta tolerarint.

Honorius rempublicam Cōstantio cōmittit: & extincti sunt omnes tyrāni.

Gitur Constantius comes in Galliā cum exercitu prouectus Cōstanti-
 nū impatorē apud Arelatū ciuitatē clausit: cepit & occidit. Iam hinc

LIBER SEPTIMVS

ut de cathalago tyrannorum q̄breuissime loquar: Constantē filium Constantini Gerontius comes suus uir nequā magisq̄ probus apud Viennā interfecit: atq; in eius locum Maximū quendam substituit. Ipse uero Gerontius a suis militibus occisus est. Maximus exutus purpura: destitutusq; a militibus Gallicanis qui in Aphricā traieci: deinde in Italiā reuocati sunt: nūc inter Barbaros in Hispania egens exulat. Ionius postea uir Galliarū nobilissimus in tyrānidem mox ut assurrexit: cecidit. Sebastianus frater eiusdē hoc solum ut tyrānus moreretur: elegit. Nam continuo ut est creatus: occisus est. Quid de infelicissimo Attalo loquar: cui occidi inter tyrānos honor & mori lucrum fuit? In hoc Halaricus impatore facto interfecto refeito ac defecto: citiusq; his omnibus actis pene q̄ dictis minimū risit: & ludum spectauit imperii. Nec mirū si iure hac pompa miser lusus est: cuius ille umbratilis consul Tertulus ausus est in curia dicere: loquar uobis patres conscripti consul & pontifex: quorū alterum spero: sperans ab eo qui nō habebat spem: & maledictus utiq; qui spem suā posuerat in homine. Attalus itaq; tanq̄ inane imperii simulacrū cum Gothis usq; ad Hispanias portatus est: unde discedens nauis incerta molliens in mari captus & ad Constantium comitē deductus: deinde impatori Honorio exhibitus trūcata manu uitæ relictus est. Heraclianus interea Aphricæ comes missus cū idem Attalus umbrā gestaret imperii Aphricā strenue aduersum iudices ab eo missos tutatus consulatū assecutus est: quo elatus supercilio Sabinum domesticum suum uirū ingenio callidum: industriaq; solertē & sapientē nominandum: si animi uires tranquillis studiis accommodauisset: generū allegit: cum quo quorūdam periculorū suspitiones dum patitur: fecit atq; aliquādiu Aphricana annona extra ordinē detenta ipse tandem cū imensa certe tēporibus nostris satis incredibili classe nauium Romā contendit. Nam habuisse tunc .iiii. M. lxx. naues dicitur quē numerum ne apud Xerxem quidem præclarū illum Persarū regem: nec Alexandrum magnū: uel quendam alium regum fuisse historiæ ferunt. Is simul ut cum agmine militū ad urbē pergens littore egressus est occursum comitis. Marini territus: & in fugā uersus arrepta nauis solus Carthaginē rediit: atq; ibi continuo militari manu interfectus est. Sabinus gener eius Constantinopolim fugit: unde post aliquātum temporis retractus exilioq; damnatus est. Hunc omnē cathalogum ut dixi: uel manifestorū tyrānorū uel inobedientiū ducum optima Honorius imperator religione & fœlicitate meruit: merito sane quia in his diebus præcipiente Honorio & adiuuante Cōstantio pax & unitas per uniuersam Aphricam ecclesiæ catholicæ reddita est: & corpus christi: quod nos sumus grata discessione sanatum est: imposita executione sancti præcepti Marcellino tribuno uiro in primis prudenti & industrio: omniumq; bonorum studiorum appetentissimo quē Marinus comes apud Carthaginem incertum zelo stimulatus an auro corruptus occidit: qui continuo reuocatus ex Aphrica factusq; priuatus uel ad pœnam uel ad pœnitentiam conscientia suæ dimissus est. Anno ab urbe condita. M. c. lxxviii. Constantius comes apud arelatum Galliarū urbem consistens magna rerum gerendarū industria Gothos a Nerbona expulit atq; abire in Hispaniā coegit interdicto præcipue: atq; intercluso omni conatu nauium & peregrinorū usu cōmerciorū Gothorum tunc populis Atthaulfus rex præerat qui post irruptionem urbis ac mortē Halarici

Placida: ut dixi: captiua sorore imperatoris in uxore assumpta: Halarico in regnum successerat. Is ut supra auditum atque ultimo exitu eius probatum est: satis studiose sectator pacis: militare fideliter Honorio imperatori: ac pro defendenda Romana rei. p. impendere vires Gothorum vires præoptavit. Nam ego quoque ipse virum quendam Narbonensem illustris sub Theodosio militiae: etiam religiosum prudentemque & graue apud Bethleem oppidum Palestinæ beatissimo Hieronymo presbytero referente audiui se familiarissimum Atthaulfo apud Narbonam fuisse: ac de eo sæpe sub testificatione didicisse: quod ille cum esset animo: viribus: ingenioque nimius referre solitus esset se in primis ardenter inhiasse: ut oblitterato Romano nomine Romanum omne solum Gothorum imperium & faceret & uocaret: essetque: ut uulgariter loquar Gothia: quod Romania fuisset: fieret nunc Atthaulfus: quod quondam Cæsar Augustus. At ubi multa experientia præbauisset: neque Gothos ullo modo parere legibus posse propter effrenatam Barbariem neque reip. interdici leges oportere sine quibus res publica non est res. p. elegisse se saltim: ut gloriam sibi de restituendo in integrum augendoque Romano nomine Gothorum viribus quaereretur: habereturque apud posteros Romanæ restitutionis auctor: postquam esse non poterat immutator. Ob hoc abstinere a bello: ob hoc inhiare paci nitebatur: præcipue Placidia uxoris suæ: foeminae sanæ ingenio acerrimæ & religionis satis probatæ ad omnia bonarum ordinationum opera persuasum & consilio temperatus. Cumque eidem paci petendæ atque offerendæ studiosissime insisteret apud Barchilonem Hispaniæ urbem dolo suorum: ut fertur: occisus est. Post hunc Segericus rex a Gothis creatus cum itidem iudicio dei ad pacem pronus esset: nihilominus a suis interfectus est. Deinde Vallia successit in regnum ad hoc electus a Gothis ut pacem infringeret: ad hoc ordinatus a deo: ut pacem confirmaret. Hic igitur territus maxime iudicio dei: quia cum magna superiore abhinc anno Gothorum manus instructa armis nauigiisque transire in Africam moliret: in. xii. M. passuum Gaditani freti tempestate correpta miserabili exitu perierat: memor etiam illius acceptæ sub Halarico cladis cum Gothi in Siciliam transire conati in conspectu suorum miserabiliter arrepti & demersi sunt pacem optimam cum Honorio impatore datis lectissimis obsidibus pepigit. Placidiam imperatoris sororem honorifice apud se honesteque habitam fratri reddidit. Romanæ securitati periculum suum obtulit: ut aduersum cæteras gentes: quæ per Hispanias consedisent: sibi pugnaret: & Romanis uinceret: quibus Halanorum cæteri: Vandalorum Sueuorumque reges eodem nobiscum placito despecti forent: mandantes imperatori Honorio. Tu cum omnibus pacem habe. omniumque obsides accipe. nos nobiscum conflagimus: nobis perimus: tibi uincimur: immortalis uero quaestus erit reipublicæ tuæ: si utriusque pereamus. Quis hæc crederet: nisi res doceret. Itaque nunc quotidie apud Hispanias geri bella gentium: & agi strages ex alterutro Barbarum crebris certisque nunciis discimus: præcipue Valliam Gothorum regem insistere patrandæ paci ferunt: ex quo utcumque concesserim: ut licenter christiana tempora reprehendantur: siquid a conditione mundi usque ad nunc simili factum foelicitate doceatur. Manifestauimus ut arbitror atque ostendimus non magis uerbo pene quam digito innumera bella sopita: plurimos extinctos tyrannos: compressas coangustatasque addictas exinanitasque immanissimas gentes minimo sanguine nullo certamine ac pene sine cæde. Supest ut obtrectatores no-

LIBER SEPTIMVS

stros mollitionū suarum pœniteat:ueritatiq; erubescant.Deum uerum & solum qui potest omnia:credant:timeant:diligāt sequantur:cuius omnia & quæ mala putant bona esse didicerunt.Explicui adiuuante christo secūdam tuum præceptum beatissime pater Augustine ab initio mundi usq; in præsentem diem:hoc est per annos.v.M.dc.xviii.punitiones & cupiditates hominum peccatorum: conflictationes sæculi & iudicia dei:q̄ breuissime & q̄ simplicissime potui:christianis tamen temporibus propter præsentem magis christi gratiã ab illa incredulitatis confusione discretis.Ita iam ego certo & solo quem cõcupiscere debui:obedienciæ meæ fructu fruor:de qualitate autem opusculorum tu uideris:qui præcepisti:tibi adiudicanda:si edas:per te iudicata:si deleas.

Vt ipse titulus margine in primo docet.

Orosio nomen mihi est.

Librariorum quicquid erroris fuit.

Exemit Aeneas mihi.

Quod si situm orbis:siq; nostra ad tempora.

Ab orbis ipsa origine.

Quisq; tumultus:bellaq; & cædes uelit.

Cladesq; nosse:me legat.

Pauli Orosii uiri clarissimi Ad Aurelium Augustinum episcopum & doctorem
eximium Libri septimi ac ultimi Finis. Impressi Venetiis:opera & expensis
Bernardini Veneti de Vitalibus.Anno ab incarnatione domini.M.CCCC.
Die.XII: Mensis Octobris.Regnate Domino Augustino Barbadico.

Registrum

Omnes sunt terni præter n qui est quaternus.

